PETRI MVLLERI, JCti

DE

ANNVLO PRONVBO

VVLGO Vom

Jawort

Oder

Trau-Ring,

HYPOMNEMA.

CVI ACCESSIT

DE

MODO AC VSV

COMPVTATIONIS GRADVVM

DISSERTATIO.

Editio noviſſima, priore illa, quæ Anno 1711. Jenæ prodiit, multo correctior & emendatior.

VITEMBERGAE,

EX OFFICINA EICHSFELDIANA.

1735.

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Bayerische Staatsbibliothek München

C. D.

DE

ANNVLO PRONVBO

VVLGO

Vom

Jawort, oder Trau-Ring.

THESIS. I.

SVMMARIA.

1. *Jus Gentium cum genere humano natum dicitur.*
2. *Illud ſemper immutabile.*
3. *Iſta lege jubemur fidem pactorum ſervare.*
4. *Peccatum eſt pactis contravenire.*
5. *Conſcientia domeſticum quoddam tribunal.*

LOCO PROOEMII.

IVs gentium (1) adeo alte inſedit, altasque egit radices, ut cum ipſo genere humano natum dicatur, nec unquam, niſi cum eodem evelli, poſſit, *Ægid. Hortens. ad ſ. Sed naturalia Inſt. de Jur. Natur. Gent. & Civil.* Propterea quod divina quadam Provi- 1

dentia

2 dentia constitutum sit, (2) semperque unum atque immutabile permaneat, ut apud omnes gentes peræque observetur *d. §. Alvarus Valascus, d. Jur. Emphyt. quæst. 3.*
3 *n. 2. ibi. agnosces igitur Jus gentium ex ratione.* Ista (3) autem lege jubemur fidem pactorum servare, cum nihil tam conveniens sit naturali æquitati, quam servare ea, quæ inter homines placuerunt, *l. 1. ff. de Pact.* & grave dicatur fidem fallere in *l. 1. ff. de constit. pecun. Tiber. Decian. Cons. 5. num. 22. ibi quia hoc dictat naturalis ratio. Frider. Schenck Baro à Tautenb. in c. 1. §. sed non est alia num. 1. vers. Contra vero grave &c. Quæ fuit prima caus.*
4 *benefic. amitt. in Usib. Feudor.* Imo (4) peccatum sit suaque natura turpe, & sempiterno naturæ jurilegique morali contrarium pactis contravenire, pluribus id monstrante *Jacob Schultes tract. de Fid. Hæretic. Relig. ser-*
5 *vand. num. 266.* Ut proinde sua cujusvis (5) ratio sibi dictitet, ea, quæ sub fidei religione promiserit, sancte servanda esse, non minus, ac si centum testimoniis stabi-
6 liisset promissa: Conscientia enim sibi (6) mille testis est, & domesticum quoddam tribunal, quod sanctissimus Judex Deus T. O. M. in hocce mortalitatis statu apud nos voluit extare, ut esset velut exemplar magni illius Tribunalis, coram quo appareat, ejusque dictamini auscultemus obediendo.

THESIS II.

SUMMARIA.

1. *Mortales deflectunt sæpius a regia via.*
2. *Rara est per hæc tempora fides.*
3. *Dictum Plauti de nostro seculo affirmandum.*
4. *Antiquitus obligationes brevissimæ, hodie longissimæ.*
5. *Communis mos est, si fecisti, nega.*
6. *Prudenti diffidentia nil melius est.*
7. *Alciabidis interrogati responsio.*
8. *Ecquis unquam securus esse poterit de corde humano.*

Verum uti nunc sunt mores, adeo res redit. Experientia nos edocet, Mortales (1) affectibus nimio plus 1
deditos suæ ipsius bonitatis immemores deflectere sæpius a regia via, cui tamen soli debuissent insistere. Haut raro intelligas, ea, quæ nudius tertius promiserant homines, hodie malitiose negare; ut cum *Lipsio centur. ad Belg. epist. 100.* fateamur, raram (2) esse per hæc tempora fi- 2
dem, atque eam citra verba fere consistere, ita hoc seculum fide est nudatum, ut fides videatur evanuisse in auras; unde versiculi:

Da die Treu ward neu geborn,
Kroch sie in ein Jägerhorn,
Der Jäger bließ sie in den Wind,
Daher man keine Treu mehr find.

Et quod (3) *Plautus in Aulular.* de suo conquestus, il- 3
lud de nostro seculo affirmandum est;

Heus tu, *inquit*, noſtra ætas non multum fieri gerit,
Tabulæ notantur: adſunt teſtes duodecim,
Tempus locumque ſcribit Actuarius,
Tamen invenitur Rhetor, qui factum negat.

4 Antiquitus (4) obligationes breviſſimæ, hodie longiſſimæ, & ad membranam totius cutis bovinæ extenduntur. *D. Ditberr. ad Beſold. Theſaur. Pract. verb.* **Trau und Glauben.** *Manil.*

Perque tot ætates hominum, tot tempora & annos,
Tot bella, & varios etiam ſub pace labores,
Cum fortuna fidem quærat, vix invenit unquam,
At quanta ſcelerum moles per ſecula cuncta,
Quamque onus invidiæ non excuſabile terris?

5 Et hoc tempore communis hominum (5) mos eſt hic: ſi feciſti, nega; nec nobis Jus prodeſt, ſi deficiat probatio *l. duo ſunt. 30. ff. de teſtam. tutel.* Quæ cum ita ſint.

6 (6) Prudenti diffidentia
Nil eſt melius, nihil utilius mortalibus

7 teſte *Euripide in Hecuba.* Ut (7) *Alcibiades* cui interroganti, num patriæ de ſe judicaturæ fideret? reſpondiſſe feratur; Ego ſane *ne matri quidem:* vererer enim, ne inſciens pro albo calculo nigrum immitteret. Ecquis enim ſecutus (8) unquam eſſe poterit de corde humano in intimis pectoris receſſibus abdito, cujus arcana conſilia tam ſcite tegere & diſſimulare novit lingua, tam dextre pernegant oculi, aliique corporis motus. *Saavedr. ſymb. pol. 51.*

8

THE-

THESIS III.

SVMMARIA.

1. *Non nudis hominum verbis ſtandum eſt, ſed ſignum etiam admittendum.*
2. *Veritas magis oculata fide, quam per aures hominum animis infigitur.*
3. *Oculi fideles dicuntur, Aures infideles.*
4. *Quid ſit oculata fide emere.*
5. *Quid emere cœcâ die.*
6. *Inſpectio ocularis ſuperat alia omnia.*
7. *Nudis animi actibus efficientiam Juris tribuere, non eſt congruum humanæ naturae.*

PRoinde haud male cenſentur egiſſe, qui non nudis hominum verbis ſtandum, ſed majoris (1) teſtimonii, 1
ſeu probationis ergo aliquod etiam ſignum, teſſeram vel ſymbolum in oculos incurrens adjiciendum eſſe, pactis admiſerunt, idque ad effectum Juris; Veritas (2) enim 2
magis oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur. *§. ult. Inſtit. d. gradib. cognat. Weſenbec. in patat. ff. fin. regund.* Et magis incredulæ ſunt hominum aures, quam oculi. *Herodot. lib. 1.* ſecundum vulgatum iſtud: Quod patet expreſſe, non eſt probare neceſſe. *Montan. d. finib. c. num. 3.* Quodque oculos vidit, nemo fideliter negat, *Schlepiz. in prompt. Jur. tit. 41. §. 1. Gilhauſ. c. 6. p. 2. art. 2. §. 7.* Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, probe ſciunt. *Plaut in Truculent. vid. Donell. tract. de teſtib. c. 6. Treutl. vol. 2. diſp. 5. th. 9. lit. d. &c.* Ideo-

3 que *Lyricus* (in Art. Poetic.) *oculos fideles*, (3) Contra *Historicorum primus* (Herodot. in Clio) *Aures infideles* appellat. Rationem ejus, teste *Zingrecio in Emblem. Ethic. Polit. 88.* reddit Physicus, quod visus per se, auditus vero per accidens conducat. Et inde derivatur illud, *ocu-*
4 *lata fide* (4) emere, pro *præsenti pecunia*, cui contrarium
5 hoc ejusdem: (5) *emere cæca die*, quando differtur in diem solutio, id quod credere, seu *fidem sequi*, schola nostra vocat. *add. Aristot. 1. Metaphys. cap. 1.* Vnde JCti
6 asserunt, ocularem (6) inspectionem superare omnia alia, per ea, quæ tradit *Rutger. Ruland. de Commiss. p. 2. lib. 3. 1. per tot.* & *Berlich. concl. 46. n. 14.* ait: quod probatio per evidentiam rei, vel ocularem inspectionem, sit optima & superlativa omnium probationum, nec ulla major ipsa, vel melior, vel validior, vel certior, adeo ut
7 præferatur omni generi probationum. Nudis itaque (7) animi actibus efficientiam Juris tribuere, non est congruum naturæ humanæ, quæ nisi ex signis actus cognoscere non potest; prout *Hugo Grotius d. Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 2. num. 3.* graviter loquitur.]

THESIS IV.

SVMMARIA.

1. *In matrimonii negotio cautio adhibenda est.*
2. *In hoc consistit principium familiæ & Reipublicæ seminarium.*
3. *Veteres de Conjugio & Militia admodum fuerunt solliciti.*
4. *Hæc cura ad Politicum, qua talem spectat.*

5. Ma-

5. *Magistratus de controversiis matrimonialibus sapienter judicet.*
6. *Judici perjuria sunt vitanda.*
7. *Perjurii vindex pœnam differt, non donat.*
8. *Ipsi Dii olim ad certa pacta palude Stygia invocata adstringebantur.*
9. *Perfidos causa nunquam deficit.*
10. *Licet quis se fraude possit extricare, conscientiæ tamen ratio habeatur.*

ETsi alio quodam, certe (1) in gravissimo Matrimonii negotio cautio adhibenda est, ne dicta facta negentur, promissisque contraveniatur. In hoc (2) enim principium familiæ, & Reipublicæ seminarium consistit *Cic. lib. I. officior.* cum inducat immortalitatem *Novell. 22. pr. Borchold. d. Gradib. p. m. 112.* Proinde nulla de re magis sollicitos (3) fuisse Veteres, quam de Conjugio & Militia ex *Avemin. 4. part. d. reb. Turcic.* refert. *Arnisæus de Jur. Connubior. cap. 1. sect. 2. num.* Atque (4) ad Politicum qua talem hæc cura inprimis spectat, cum ipsi de iis agendum sit, quæ ad constitutionem & salutem Civitatis spectant; Domus autem, in qua Maritus & Uxor, Herus & Servus, Pater & Liberi, pars est Civitatis; Virtutem itaque partis ad virtutem totius respicere necessum est *Arist. 1. Politic. cap. ultimo.* Hinc Magistratus (5) de controversiis matrimonialibus sapienter judicet, atque illuc respiciat, ut si sponsalibus, quæ Nuptiis praemittuntur, spesque earum appellantur in *l. 51. puellæ tutores 6. ff. de Sponsalib.* legitime contractis sancta fides

tiaes sit inducta, ad consummationem morosi interque se dissentientes compellantur, quo Civitatis incrementum Connubiorum frequentia promoveatur; Nihil enim utilius est Civitatibus, quam eas repleri hominibus liberis, *Avtheut. d. Restit. & ea quæ parit. undec. mens.* Desponsationes autem sæpius solenni ritu, mediantibus
6 votis & juramentis, fiunt; Quamobrem (6) Judici sedulo perjuria sunt cavenda, nec iis danda est occasio *Carpzov. Jurispr. For. part. 1. const. 2. def. 2. num. 3.*
7 Perjurii enim (7) vindex Deus diphteram tandem inspicit, pœnamque differt, non donat, seris quandoque nepotibus luendam; Ad scelera quippe vindicanda horæ Dei tardæ sunt; at graves. *Dn. Hildebrand. ad lib. 3. Officior. Ciceron. p. m. 363.* Hinc in Paganorum discipli-
8 na veteri ipsi Dii, (8) ut ad certa pacta aut promissa servanda se ita obligatos esse scirent, nec satis rite a se violari posse intelligerent, palude Stygia (Dii cujus jurare timent & fallere numen) tanquam Superiori aliquo Numine, invocata adstringebantur, nec pœna aliqua a Diis hisce aberat, si quidquam se indignum designassent, Ambrosiæ & Nectaris Deorumque consortii temporalis interdictio, prout disserit *D. Rathelius in dissertat. de Ho-*
9 *nest. in gener. thes. ult.* Quanquam (9) perfidos causa nunquam deficiat, cur pacto non stent; sed semper aliquam fraudi speciem Juris imponant. *Livius lib. 9. cap. 11.* Ast,

Non

Non mihi homines placent,
Qui cum male fecerunt, purgant,
Nullus eſt tam parvi pretii,
Quin pudeat, quin purget ſeſe.

Plaut. in Aulul. act. 4. ſcen. 10. Nec ulla totius injuſtitiæ capitalior eſt peſtis, quam eorum, qui tunc, cum maxime fallunt, id tamen agunt, ut viri boni videantur. *Cic. lib. 1. officior.* Licet (10) autem quis in foro 10
exteriori mendaciis, fraude corruptelis ac pecunia, (quæ omnia vincit ſecundum proverbium: **hat einer Geld, ſo iſt er ein Held, und der mit güldenen Würffeln werffen kan, behält das Feld**) valeat ſe extricare, & glaucoma objicere oculis, ut alio in loco meliorem, prout ipſi videbitur, conditionem inhiet, conſcientiæ tamen & honeſtatis ratio habeatur; Non enim ſemper quod licet, aut utile, ſed quid honeſtum ſit, ſpectandum eſt.

- - - Sidera terra
Vt diſtant, & flamma mari, ſic Vtile Recto,

apud Lucanum inquit *Pothinus.*

THESIS V.

SVMMARIA.

1. *Judex modum circa Sponſalia probe trutinet.*
2. *Iſte antiquitus fuit varius & multiplex.*
3. *Quando Jure Civili Sponſalia cenſeantur contracta.*
4. *Huic actui Arrha ſolet accedere.*
5. *Arrhæ nomine datur Annulus.*
6. *Qui vocatur Pronubus & Annulus Fidei.*

7. *Apud Hebræos olim & hodie desponsationes annulo confirmantur.*

8. *Perusii annulum Pronubum Deiparæ virginis a Josepho datum asservari dicunt.*

9. *& 10. Traditiones Cornel. a Lapide & Josephi referuntur.*

Vt autem Judex certo pronunciare possit, num fides adimplenda, num vero actus sit dissolvendus, modum
1 (1) circa sponsalia celebrata probe trutinet necesse est;
2 Iste (2) autem ratione rituum, seu solennitatum, quas adhibere antiquitus solebant, pro diversitate temporum varius ac multiplex fuit, lege sis de iis *Barbon. Brissonium de Ritu Nuptiar. & Carol. Sigon. lib. de Antiqu. Jur. Civil.*
3 *Roman.* Jure (3) civili Justinianeo legitime contracta Sponsalia censentur, si eorum, quorum interest, consensus intervenerit *l. 4. d. Sponsal. l. 2. ff. d. Rit. Nupt.* Huic actui in argumentum Nuptiarum & majoris probationis ergo, ut tam contrahentes ipsi, quam qui testium loco adhibentur, certiores affirmare queant, Sponsalia vere contracta esse, idque se non tantum auribus, sed etiam oculis, hoc est, duobus sensibus hausisse, & percepisse, *Cypræus tract. d. Sponsal. cap 11. §. c. 4. num. 5.*
4 Arrha (4) quædam, quam vocant Sponsalitiam, Mahlschatz oder Handtreu, accedere solet *§. 3. & l. mulier fin. C. de Sponsal. l. si legibus 16. C. d. Episcop. audient.* Arrhæ isti-
5 usmodi nomine ut plurimum datur (5) ANNVLVS. *Juvenal. sat. 6.*

Conven-

Conventum tamen & pactum, & Sponsalia nostra
Tempestate paras, jamque a tonsore magistro
Pectoris & digito pignus fortasse dedit.

Ille *Tertulliano lib. d. cult. fœm.* & in *Apolog. cap. 6.* dicitur (6) PRONVBVS, vulgo der Jaworts-Ring, 6
Circa fœminas, *inquit*, etiam illa majorum instituta ceciderunt, quæ modestiæ, quæ societati patrocinabantur, cum aurum nulla norat, præter unico digito, quem sponsus oppignorasset *pronubo annulo in caus. 30. c. Nostratus quæst. 5.* ANNVLVS FIDEI vocatur der Trau-Ring: Ibi: Postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit. Et quid annulus est aliud, nisi sinceræ fidei signaculum & expressio voluntatis? *B. Ambrosius in cap. 15. Lucæ.* Apud *Hebræos* (7) & olim & hodie desponsationes an- 7
nulo, sinceri amoris symbolo, confirmantur. Sic enim in *Sepher. hachinnuch. fol. 205. col. 2.* habetur: Consveverunt Israëlitæ desponsare cum annulo, qui jugiter sit in manu ipsius pro mnemosyno, ut recordetur de eo esse comporatam Viro suo; Sponsusque sponsæ digito annulum inserit, ac dicit: En desponsata mihi es per hunc annulum, secundum ritum Mosis & Israëlis: *In Col. 60. fol. 86. Col. 4.* Isti annulo communiter insculpunt: Fortuna bona (adspiret) Faustum felixque sit: testante id *Joh. Buxtorffio in dissert. d. sponsal. & divort. th. 57.* Perusii (8) annulum pronubum Deiparæ Virgi- 8
nis a Josepho datum religiosissime asservari refert *Johann Baptista laur. Perusian. teste D. Botsacco in Moral. Gedanens. tit. Annulus. Cornelius a Lapide Jesuita in commentar. in cap. 2. Luc. vers. 19.* fabulatur, S. Catharinam (9) 9

in desponsationem cum Servatore annulum dedisse. 10 *Josephus* (10) Scriptor Judaicus, nescio qua fide, narrat, *Mosen* & *Salomonem* annulo amoris & odii confecisse, sicuti hujus rei mentionem facit *D. Hieronym. Jordan. lib. de eo, quod divinum est in morbis cap.* 23.

THESIS VI.

SVMMARIA.

1. *Aureus erat Annulus.*
2. *Sicuti aurum est metallum perfectum, ita amor sit defæcatus.*
3. *Sententia Scaligeri, quare abfuerit gemma.*
4. *Mittebatur etiam domum Annulus Ferreus.*
5. *Sicuti ferrum est metallum durum, ita matrimonii tempora sunt dura.*
6. *Dictum Senecæ de Sapiente huc applicatur.*
7. *Plinii loca & Tertulliani distinctione temporum conciliantur.*
8. *Hodie annuli quandoque exigui pretii dantur.*

1 Aureus (1) erat iste *annulus*, qui in fidem atque argumentum promissi matrimonii dabatur *Tertull. d. l.* Et Sponsus, docente *Clem. Alexandrino lib. 3. Pædagog. cap. 11.* dabat sponsæ Annulum Aureum, nec eum quidem ad ornatum, sed ut ea obsignet, quæ domi digna essent, quæ custodirentur, propterea quod servandæ domus cura ad eam pertineret. Quemadmodum (2)
2 aurum est metallum perfectissimum & ponderosissimum, quod

quod in igne durat, *Kinderling. diſp. Phyſ. d. Corpor. perf. mixt. inanim. ſive mineral. th.* 25. & effato *Euripidis:*

Auro nil gratius, aut pulcrius eſt homini:

Ita amor conjugalis ſit defœcatus, puriſſimus, absque fraude, in adverſis conſtans, atque infirmitates tolerans: Vbi enim animorum unio viget, ibi eſt idem velle ac nolle, ubi eſt idem velle ac nolle, ibi non poteſt non vigere pacata & tranquilla cohabitatio *D. Gerhard. in tract. de Conjug. th. 448.* Annulus debet eſſe ex auro puro, ſine inſerta gemma, idque ne fraus aliqua intervenire poſſit, adulterinam ſcilicet gemmam pro vera, vilem pro pretioſa ſponſæ offerendo, & hac ratione desponſatio fiat erronea & vana; verba ſunt *Buxtorffii d. l.* Et *Scal.* (3) *lib. 3. de re Poet. cap. 101.* ait: Gemma aberat, 3
ut rei deſcriberet ſimplicitatem; Materia ad conſtantiam ſpectabat: Forma ad perpetuam vinctionem. Miſſum etiam eſſe domum peracto ſponſaliorum negotio *Annulum* (4) *ferreum*, autor eſt *Plinius lib. 33. Nat. Hiſtor. cap. 1.* 4
qui ſcilicet priſca ſecula & antiqui victus parſimoniam frugalesque moras deſignaret *Gerhard. de Conjug. th. 156.* Sicut (5) enim ferrum & metallum imperfectum, du- 5
rum; purgatiſſimum autem & duriſſimum appellatur chalybs, indeque fit acies enſium & cultrorum *Kinderling. d. th. 29.* Sic durantis matrimonii tempora non ſemper aurea, hoc eſt, jucunda, ſed ferro inprimis mixta h. e. tribulationibus obnoxia eſſe ſolent; unde iis, quos irrupta amoris tenet copula, infinitæ devorandæ ſunt calamitates, atque duriſſima quævis perpetienda; & præterea ferrum in conflictu robuſtius tolerabiliusque eſt auro, plusque efficit; Ita in conjugio dies vitæ nihil fortius temperat, quam conſtans fidelisque amantis ani-

 mus;

6 mus; Quod *Seneca* (6) *de Sapiente Ep. 83.* hoc de Conjugibus dici poterit: Eorum ſcilicet animos in perpetuo eſſe gaudio. Et *Ambroſius* Crebra, *ait*, munuſcula & ſudariola & faſciolas & veſtes ori applicatas, & oblatos & deguſtatos cibos, blandasque ac dulces literas ſanctus amor non habet, *in epiſt. ad Nepot.* Cogitanda ſunt in matrimonii ſtadio omnia, & animus adverſus ea, quæ poſſunt evenire, firmandus, *Senec. epiſt. 93.* Vnus eſt vitæ hujus fluctuantis & turbidæ portus, eventura contemnere, ſtare fidenter, aperte tela fortunæ averſo pectore excipere, non latitantem
7 nec tergiverſantem *Senec. 1. p. 104.* Si igitur (7) diſtinguantur tempora, *Plinii* loca, ubi ait annulum & ferreum, *Tertulliani*, qui aureum fuiſſe aſſerit, ſolide conciliantur, quod fecit *Junius in notis ad Tertullian.* qui ait: Sponſus duos annulos ſponſæ dabat, aureum alterum, quo velut arrha ſponſam ſibi deſpondit, eamque de nuptiis propediem futuris ſecuram præſtitit, & hunc Tertullianus Pronubum vocat, alterum ferreum gemmaque carentem, ceu ſymbolum τῆς οἰκουρίας, ſponſus ad domum ſponſæ mittebat. *Vid. Job. Michael. Dillberr. diſſert. d. antiqu. ritu Nuptiar. Jenæ anno 1638. habit. ſ. 21. & ſeqq. D. Joachim. Hildebrand. tract. d. Nupt. Veter. Chriſtian.* Hodie (8) inter plebejos annuli, qui ſunt exigui pretii, in-
8 ter nobiles autem & illuſtres pretioſi admodum & gemmis inſignes invicem dantur.

THE-

THESIS VII.

SUMMARIA.

1. *In Ecclesia Christiana ubivis locorum sponsus sponsæ tradit annulum.*
2. *Neque interest, cujus sit metalli.*
3. *In facie Ecclesiæ vicissim mutantur annuli.*
4. *Scoti annulum connubialem pro re superstitiosa habuerunt.*
5. *Iste autem ritus Idololatricus non est.*
6. *Ceremoniam hanc Ecclesia primæva pie amplexa est.*
7. *In Scriptura Sacra actus dandi annulum non est prohibitus.*
8. *Regula Augustini de Adiaphoris recensetur.*
9. *Piaculum non est, si Neonymphi annulos invicem tradere non valeant.*

IN terris (1) Ecclesiæ Christianæ, præsertim in Germa- 1
nia, ubivisque fere locorum consuetudinis introductæ est, ut sponsus in tesseram sponsionis inter se de futuris nuptiis factæ annulum donet, atque sponsa vicissim sponso annulum offerat atque tradat. Neque in-
terest (2) pro conditione contrahentium ferrei, plumbei 2
argentei aurove illiti, aureique gemmisque sint ornati, iisve careant. Quando autem (3) in facie Ecclesiæ co- 3
ram Sacerdote, qui benedictione istos beat, conspiciuntur, ut ipsum matrimonium perficiatur, itidem Annulos vicissim mutant, qui absque gemmis & plane simplices esse solent. Obiter nota: *Scotos* (4) in confessi- 4
one sua anno 1638. libro Liturgico, quem *Rex Angliæ Caro-*

Carolus I. & *Parlamentum* anno 1621. confirmaverant,
plane contraxiſſe, propterea quod præter multa alia in
eo conceſſus eſſet Annulus Connubialis inter Neonym-
phos, quem inter ceremonias ſuperſtitioſas & ſimul ido-
lolatricas numerabant. *D. Hülſemann in Calvinianism.*
5 *Irreconciliabil. th. 14.* Verum ritum (5) iſtum circa an-
nulum, qui in facie Eccleſiæ datur, idololatriam ſape-
re non ſtatuendum eſt; neque enim craſſa eſt, quod
idolis ſerviat, nec in ἐθελοθρησκείᾳ conſiſtit, ut Deus aliter
colatur, quam præcepit, neque in nuda creatura poſita eſt.
6 Ceremoniam (6) hanc externam Eccleſia primæva ita
pie & libere amplexa eſt, ut ordinem potius ac deco-
rem juvare ac promovere ſtuduerit. Cum itaque nec
7 (7) in ſacra Scriptura actus iſte dandi ſignum in conſpe-
ctu Eccleſiæ ſit prohibitus, neque etiam præceptus, pro
re media, ſeu indifferenti, quam adiaphoron vocant,
habendus erit. Voluit pia antiquitas, ut conjuges
meminerint fidem coram DEO tam religioſe datam,
ſancte etiam eſſe ſervandam, cujus promiſſi teſtis perpe-
tuus ſit annulus. Neque etiam ſpectatoribus recte in-
ſtitutis ad cultum idololatricum anſam præbet; Sin au-
tem impius iſtum annulum tanquam Idololatriæ inſtru-
mentum habiturus ſit, nihil obſtat, quo minus & Or-
thodoxis eodem uti liceat; omnia quippe mundis mun-
da, neminique quicquam immundum, niſi qui pro
immundo judicat. *Roman. 14. verſ. 4.* Hic elegantiſſi-
8 ma (8) *D. Auguſtini* regula *epiſt. 119. ad Januar. cap. 18.* locum
habet: Quæ non ſunt contra fidem, neque bonos moros,
& aliquid habent ad exhortationem vitæ melioris, ubicun-
que ea inſtitui videmus vel inſtituta cognoſcimus, non ſo-
lum non improbemus, ſed etiam laudando & imitan-
do

do sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit: Sic (9) ex adverso piacu- 9
lum aut casus conscientiæ haud foret, neque Pastor alicujus loci sponsam & sponsum coram altari ligare dubitabit, si Neonymphi ob paupertatem annulos invicem tradere non valeant: Arrha enim de honestate est, non de necessitate *c. nostrates 30. quæst. 5.*

Thesis VIII.

SVMMARIA.

1. *Annulus deminutivum est a voce Anus.*
2. *Vnde pronubus dicatur.*
3. *Nuptiæ rectius per* b *quam* p.
4. *Nova nupta velo obnubi solebat.*
5. *Descriptio Annuli Pronubi.*

PRiusquam autem longius progrediar, unde annulus dicatur, & quid sit, dispiciendum est. *Annulus* (1) 1
itaque, vel ut alii scribunt, *Anulus* & *Anellus*, diminutiva sunt, & a voce *Anus*, quæ circulum significat, derivantur. Nam ut parvuli circuli *annuli*: Sic magni dicebantur *anni*, teste *Varrone lib. de ling. latin. vid. Johann Lirchmannum in lib. singulari de Annulis cap. I.* Pronubus appellatur a præpositione *Pro*, quæ hoc loco significante, & vocabulo *Nuptiarum*; quod ante Nuptias dari soleat. Sic in *l. ff. locat.* promutuum dicitur, quasi pecunia prænumerata. Et observandum est, juxta plurium Criticorum sententiam, Nuptias (3) rectius 3
per *b* quam *p.* scribi; ex eo, quod a nubendo seu ve-

4 lando deriventur, quoniam nova (4) nupta velo obnubi ſolebat, cum ad virum deduceretur. *Tertullian. lib. d. Virginib. veland. add. Roſinum edit. Tempſter. de Antiquitat. Roman. lib. 5. c. 37. p. m. 959. lit. E.* Idque fiat in ſignum pudoris *can. nec. illud 3. qu. 5.* & ſubjectionis *1. Cor. 11. verſ. 10. & cap. 14 verſ. 34* ut ſe marito ſubditam, & humilem eſſe cogitaret *c. fœmininæ de q. 5.* Annulum Pro-
5 nubum deſcribimus (5), quod ſit res mobilis, rotunda, ex metallo compoſita, in digito geſtari ſolita, qua evidentius probatur, inter perſonas matrimonium contrahendum habiles, deſponſationes rite eſſe factas.

THESIS IX.

SVMMARIA.

1. *Olim & hodie annulus digito ſiniſtræ manus immittitur.*
2. *Locum in quarto digito ſibi vindicat.*
3. *Ratio in c. 30. q. 7. affertur, quod in eo vena quædam ad cor perveniat.*
4. *Eandem rationem reddit Apion apud Gellium.*
5. 6. 7. *Referuntur opiniones Macrobii, Lemnii & Grülingii.*
8. *Fabula eſt, nervum quendam a corde ad hunc digitum transmitti.*
9. *Diſſeritur, unde præeminentia hujus digiti dicatur.*
10. *Sententia D. Frommanni laudatur.*

Olim (1) *digito ſiniſtræ manus* Annulus immittebátur, quod etiam & noſtra ætate obſervari cernimus.

vid.

vid. Agell. lib. 10. Noct. Atticar. cap. 10. Ita ut locum (2) 2
in quarto digito, qui proximus eſt minimo, ſibi vindi-
cet, atque exinde ἐπιβάτις, παρὰ μέσος, δακδολιώτης,
ſive annularis apelletur. Quæ vero ſubſit ratio.

Doctores cartent, & adhuc ſub judici lis eſt. 3
In c. (3) *fœminæ 30. quæſt. 7. ex Iſidoro Hiſpalenſi lib. 2. d.
divin. offic. c. 19.* dicitur; Quod inprimis negotiis annu-
lus a ſponſo ſponſæ datur, fit hoc nimirum vel propter
mutuæ fidei ſignum, vel propter id magis, ut eodem
pignore eorum corda jungantur. Unde & quarto digi-
to annulus idem inſeritur: *quod in eo vena quædam, ut
fertur, ſanguinis ad cor usque perveniat.* Eandem ratio-
nem (4) apud *Gellium lib. 10. cap. 10.* reddit *Apion*, ſci- 4
licet inſectis apertisque humanis corporibus repertum
eſſe nervum quendam tenuiſſimum, qui ab eo digito
ad ima cordis penetret, propterea non inſcitum viſum
eſſe, eum potiſſimum digitum tali honore decorare, quod
continens & quaſi connexus cum principatu cordis vide-
retur. *Macrob.* (5) *lib. 7. Saturnal. c. 13.* ait: Adeo ve- 5
rum eſt, quod dicis, o Diſſari Ægyptios opinari, ut ego
ſacerdotes eorum, quos Prophetas vocant, cum in tem-
plo vidiſſem circa Deorum aras, hunc in ſingulis digi-
tum confectis odoribus illinere: cum ejus rei cauſas in-
quiſiviſſem, & de nervo, quod jam dictum eſt, princi-
pe eorum, narrante didiciſſem, inſuper, de numero
quoque, qui per ipſum ſignificatur: complicatus enim
ſenarium numerum digitus iſte demonſtrat, qui omni-
fariam plenus, perfectus atque divinus eſt. Ob quem
nervum, novum nuptum huic digito tanquam cordis
vicario, ſponſæ annulum imponere, idem contendit
Macrobius. Quæ opinio Medicos non ultimæ cavæ ſe-

 duxit.

6 duxit. *Lemnius* (6) ſane de *occult. nat. mirac. lib. 2. c. 11.*
hac ex cauſa, quod ſcilicet per hunc digitum vis quæ-
dam refocillatrix ad cor dimanet, vitæque fontem re-
creet, animos collapſos erigere ſolebat vellicato hoc ar-
ticulo, aurique cum momento croci attritu. Sic Clariſ-
ſimus quondam in Aula Stolbergenſi Medicus *Dn. Phi-*
7 *lippus Grûlingius* (7) *piæ memoriæ lib. 1. part. 4. pag. mi-*
hi 131. efficaciam quandam dicto digito ineſſe, ſe in Praxi
Medica obſervaſſe ſcribit: Dedimus, *inquit*, aliquando
cretæ albæ fruſtum, digito annulari continendum, e re-
gione narium ſanguinem fundentium, donec incaleſce-
ret, & ſtatim ſanguis ſupprimebatur, ut poſtea diverſis
vicibus ſpectabimus. Verum ut taceam, externi auri
uſum hominem corporis viribus deſtitutum nec quic-
quam reficere poſſe, niſi forſan moralem & civilem ani-
moſitatem, ſi multo auro pollebis, intelligas: Ita omnis
Ægyptiorum anatomica ejusmodi doctrina riſum poti-
us meretur, quam confutationem, ceu tironibus rei
anatomicæ eſt notum, ſicuti de poſteriore hoc *D. Con-*
ringius noſter cap. 10. de hermet. Medic. p. 91. differit; ta-
8 bula (8) eſt nervum quendam a corde ad digitum hunc
immediate transmitti, inquit *Adrian Spigelius de human.*
corpor. fabr. lib. 1. cap. 5. p. 15. Neque eſt, quod ullum
nervorum principium vel originem, præter cerebrum
ejusque ſpinalem medullam, agnoſcamus; Imo nullum
vaſorum genus, ſive vena, ſive arteria in annulari digi-
to majorem conjunctionem vel ſympathiam cum corde
habet, quam quæ cum illo in brachio vel manu eſt.
9 Si quæris, (9) unde igitur præeminentia & dignitas
hujus digiti ducenda? Num inde eſt, ut lævæ manus
otio, annulus minus quam dextræ uſu attereretur? cui

ſententiæ faviſſe videtur *Alexander ab Alexandr. lib. 2. genial. dier. cap. 10.* Certe ratio, quæ ex *Macrob. lib. 7. ſat.* petitur, nulla eſt: Pollex, quia per ſe ſatis pollet, nec indiget externo vel accerſito honore: Index vero, quia ex une parte ſolus eſt, & ut ita dicam deſertus, indignus eſſe videtur honore. Medius autem longiſſimus eſt, ita ut ſatis etiam per ſe honoris habere exiſtimetur. Minimus autem omnium indigniſſimus. Annularis vero ille, qui inter minimum & longiſſimum eſt, maxime indiget aliquo honore, quo a cæteris illuſtrior fiat. An vero cum ex mira ſapientia divina non parem longitudinem digiti omnes invicem ſortiti ſint, quod ita decori magis reſpondeant, & ad motum apprehenſionemque aptiores reddantur, nullum omnium commodior, minusque in peragendis rebus impedimento ſit, quam hicce digitus, ſi nimirum auro gemmisque oneratus & diſtinctus ſit. Quo cum etiam facit Celeberrimus Vir (10) *Dn. Conradus Frommann*, Medicinæ 10
Doctor in Imperiali Nordhuſa Conſul magnificus ac Phyſicus ibidem experientiſſimus, Fautor & Amicus meus ſingularis, uti ſententiam ſuam tam in diſcurſu privato, quam per literas expoſuit; add. *Fulvius Pacianus lib. 2. de probation. cap. 42. per tot.*

THESIS X.

SUMMARIA.

1. *Apud veteres ſingulis digitis annulum gerere, mos fuit*
2. *Poſtea pollici proximo induerunt.*
3. *Unde & hodie in nonnullis digitus pollici proximus hoc annulo ornatur.*

4. *Judæi non annulari, ſed digito indici immittunt annulum.*
5. *Quare Judæi non medio imponant.*
6. *Heic non tam demonſtrationes deſiderandæ, quam ſpectandus eſt uſus.*
6. *Non omnium dari poteſt ratio.*
8. *JCti non eſt antiquis inſidere.*

1 Apud veteres (1) ſingulis digitis, teſte *Plinio lib. 23. de natura Hiſtor. c. 11.* annulum gerere mos fuit, qui ſunt minimis proximi, ut in *Numæ* & *Servii Tullii* ſtatuis vi-
2 demus. Poſtea (2) pollici proximo induerunt etiam Deorum ſimulacris: deinde juvit & minimo dare; Galliæ Britanniæque in medio dicuntur uſæ, quanquam hic nunc ſolus excipitur, cæteri omnes nunc onerantur.
3 Moris (3) etiam nonnullis in locis eſſe, ut annulo iſto pronubo digitus pollici proximus ornetur, teſtes ſunt *Obrecht. diſp. d. donat. 5. theſ. 40. & ſeqq. Colleg. JCt. Argentor. tit. de ſponſalib. th. 10.* Judæi (4) vero non annu-
4 lari, ſeu *digito Indici* immittunt annulum pronubum; de quibus *Buxtorff. c. t.* Infigendus eſt, *inquit*, Annulus digito indici, qui juxta pollicem eſt. *Victor. de Carben*, Judæus baptizatus ſcribit, in opere ſuo aureo contra Judæos *cap. 11.* (quod editum Coloniæ anno 1509.) Judæus ſponſus ſponſæ tempore nuptiali (vel deſponſationis,) annulum oblaturus, diligenter animadvertere debet, an indicem exporrigat ſponſa, cui annulus immitti debet, ne ſcilicet (5) annulus medio imponatur di-
5 gito; in quo ſcribunt, *Mariam* Viro Joſepho deſponſatam, annulum ſuſcepiſſe & geſtaſſe: unde nulla Judæa annulum in medio digito in hunc diem portat. Hæc ille. Addit tamen *Buxtorff.* Ego id hactenus in ipſorum libris

libris non inveni. Cæterum (6) circa hunc ritum gestan- 6
di annulum non tam demonstrationes desiderandæ sunt, quam spectandus usus, consvetudo & mores gentium.
Et quis (7) omnium, quæ a Majoribus posita sunt, ra- 7
tionem reddat *l. 20. ff. d. leg.* Nec JCti (8) est, antiqui 8
juris sepulchris plane insidere, obliterata scrutari, consueta fastidire, & in antiquitissimæ cujusdam consuetudinis ratione & explicatione anxie desudare, illaque non statim obvia, præ nimio mærore aut curiositate vel capillos evellere nostros, vel omnes plane ungues demordere velimus. *Frieder. Hortleder in præfat. oper.* von Ursachen des teutschen Krieges. Qui tamen morbus, teste *Thom. Lansio Orat. pro German.* plerisque hominibus de Schola solet esse familiaris. Satis sit jam disseruisse de origine Annuli Pronubi; Progrediamur porro & quinam prohibeantur, considerando effectum juris.

THESIS X.

SUMMARIA.

1. *Dant & accipiunt hunc Annulum, qui possunt contrahere sponsalia.*
2. *Nuptiis contracturi non cæco impetu in tam arduum opus ferantur.*
3. *Causa matrimonialis gravis est.*
4. *Cum arrhabone sponsalitia non est ludendum, æque ac cum nucibus.*
5. *Lingua non sit præceps ad pollicendum.*
6. *Historia, dubium an Fabula, de Justiniano & Bellisario narratur.*

Dare

D*Are* autem *& accipere poſſunt* Aunulum Pronubum
1 (1) *qui poſſunt contrahere ſponſalia* Nolumus autem
requiſita circa contrahendas nuptias longius referre, vi-
deantur ea, quæ in jure ejusque interpretibus latius di-
2 cuntur. Ante omnia autem Annulum Pronubum (2)
daturi nuptiasque contracturi, non temere aut cæco im-
petu ferantur in opus tam plenum aleæ, ſed provide
felicitatem expectaturi, circumſpecte & deliberato ani-
mo negotium iſtud auſpicentur; felicitas quippe, effa-
to *Saavedræ ſymbol. Polit. 30.* e prudentia naſcitur. Ne-
que hic de re nihili, aut de glande legenda agitur, ſed
3 de cauſa matrimoniali, (3) quæ gravis & ardua eſt, ſtatum
hominis afficiens, cum nec vir, ſive bene, ſive male
cedat, habeat poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, &
e contrario *c. non debet 8. de Conſangv. & affinit.* Vbi ita-
que periculum majus intenditur, ibi plenius conſulen-
dum eſt, *c. ubi pericul. 3. in pr. d. Elect. in ſexto.* Neque
4 (4) cum Arrhabone ſponſalitia æque ac cum nucibus eſt
ludendum. Multo melius eſt non vovere, quam poſt
votum promiſſa non reddere *Eccleſ. c. 5. v. 4.* Ne ergo
5 (5) præceps ſit lingua ad pollicendum, antequam cer-
to conſtet præſtari poſſe, quod promittitur. *Saavedr. ſymb.
polit. 11.* Hic lubet poſt *Kirchmann. d. tract. cap. 18. ex Æi-*
„*monio lib. 11. de geſtis Francor. c. 5.* hiſtoriam le-
„pidam, quæ potius pro fabula eſt habenda, refer-
6 „re. Quodam die, (6) ait *Juſtinianus & Beliſa-*
„*rius* cum coævis ſibi lupanar ingreſſi, conſpiciunt duas
„mulierculas ex gente Amazonum, ſorte captivitatis
„abductas, inibi eſſe proſtitutas. Eas illi rapiunt, atque
„ad proprias domus deducunt, una earum *Antonia*, a-
„lia vocabatur *Antonina.* Et Antoniam quidem Juſtinia-
„nus

„nus, Antoniam vero accepit Belisarius : earumque am-
„bæ sorores. Vna ergo dierum, Justiniano meridianis
„horis sub dio quiescente, cum caput in sinum suæ re-
„clinasset amatæ, adveniens aquila, alis expansis ab ar-
„dore solis eum conabatur defendere. Intellexit mulier
„auspicium, quod Justiniano portendebat imperium, &
„experrectum tali voce compellat virum : Oro inquit, a-
„mantissime Juvenis, ut dum regni potitus fueris scep-
„tris, non me indignam judices gratissimæ amplexus con-
„jugis. Illo dicente, impossibile hoc esse, ut ipse ad cul-
„men proveheretur imperiale : rogat mulier, ut quod
„illa pro certo sciebat, ne se inexoratum ei præberet.
„Quo tribuente assensum, factaque annulorum commu-
„tatione, utrinque est discessum. Sane Belisarius, eique
„copulata Antonina, eadem inierunt connubii fœdera, ut,
„quia non dubitabat Belisarius, adepturum se potioris ho-
„noris gradum, si imperio potiretur Justinianus, sociam
„sui eam adscisceret stratus. Et aliquanto post, cum Ai-
„monius narrasset, quomodo Justinianus imperium esset
„adeptus, subjungit : Justinianus quoque Augustus cum
„magno triumpho Constantinopolim est ingressus; Tunc
„Antonia, ejus quondam amata, sui quondam oblita,
„sumptis quinque aureis palatium est ingressa : e qui-
„bus duos dedit janitoribus, ut sibi pateret introitus,
„tres vero tenentibus cortinam, ut suam permitteretur
„enarrare causam : & stans ante principem, hunc apud
„eum habuit honorem : Cum Scriptura dicat, honor
„Regis judicium diligit : & item; Rex, qui sedet in solio
„judicii, dissipat omne malum introitu suo, ego, cle-
„mentissime Imperator, hæc dicta esse de te intelligens, fi-
„duciam sumsi te adeundi, tibique propriæ necessitatis

„causam exponendi. Est denique in hac civitate juve„nis, qui mecum permutatis annulis fidem pepigit alter„ni amoris, professus, quod me sibi jungeret sub no„mine legitimæ conjugis. Ob id Serenitatis tuæ præ„sentiam adii, tui super hac re exposcens sententiam ju„dicii. Cui Imperator, si, inquit, fides est pacta, non „debet fieri irrita. Quo audito, illa annulum suo de„trahens digito, ostendit Augusto: Videat, ait, Dominus „meus, cujus iste fuerit annulus. Agnoscit Princeps eum, „quem dederat, annulum: Jubet eam introduci in cubi„culum, ornamentisque regalibus indutam, de cœtero „vocari & esse Augustam.

THESIS XII.

SVMMARIA.

1. *Consensus annulum tam dantium quam accipientium debet esse expressus.*
2. *Veteres sibi responderunt uxores.*
3. *Vir, Metus & Error ab hoc negotio debent exulare.*
4. *Annulus recusatus signum est dissensus.*
5. *Furiosus inutiliter dat annulum.*
6. *Annulus datus ab eo, quem supervenit furor, a curatore non potest repeti.*

1 DEbet autem (1) annulum tam dantium, quam accipientium *consensus* esse *expressus* & declaratus, per ejusmodi idonea signa, & liber atque determinatus a ratione, quod contractum esse velint matrimonium: Consen-

ſenſus enim actus eſt voluntatis, a ſano & integro judicio profectus. Veteribus (2) moris fuit ſtipulari & ſpondere ſibi uxores futuras *l. 2. ff. d. ſponſal.* ſic apud *Plaut. in Aulul. act. 2. ibi:* 2

Me. Quid? nunc & mihi ſpondes filiam?
Eu. illis legibus,
Cum illa dote, quam tibi dixi. *Me.* ſpondes
Ergo? *Eu.* Spondeo.

Vnde (3) *Vis*, *Metus* & *Error*, quæ tria quam maxime 3
voluntati & conſenſui ſunt inimica, ab hoc negotio exulare debent. Si ergo convenirent juvenis ac puella, deque matrimonio contrahendo præſentibus aliquot hominibus agerent, alterque eorum annulum alteri detraheret, pronubus tamen, ſeu conjugalis, hoc eſt, ſignum contractorum ſponſaliorum non erit; requiritur enim traditio. Neque jus noſtrum patitur proprio motu & authoritate, utut contractus perfectione ſua prima ſit abſolutus, poſſeſſionem alicujus rei apprehendere, textus eſt elegans *in l. 5. ff. d. acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Annulus
(4) recuſatus ſignum eſt diſſenſus, & licet procus annu- 4
lum clam virginis digito immittat, hoc tamen ſponſalia contracta non cenſentur, per tradita *Erneſt. Cothmann. vol. 3. reſp. 34. num. 52. & 168.* cum contrariorum contraria ſit ratio & effectus. *Everhard. in Topic. legal. loc. 75.* Furioſus, (5) cui nulla eſt mens & voluntas *§. 9. Inſtit. d.* 5
inutil. ſtipulat. l. 5. & l. 4. d. Reg. Jur. Franc. d. fidei cap. 2. num. 6. & inutiliter dat annulum, nec ſponſalia contrahit. Sponſalia tamen tempore ſanæ mentis contracta

D 2 pro-

propter furorem animi dirimi num possint, judicis arbitrio committendum est, qui inspectis & prope perpensis circumstantiis, sententiam ferat. *Carpzov. Jurispr.*
6 *Consist. part. 2. def. 182. & seq.* Annulus (6) tamen datus ab eo, quem supervenit furor, a curatore non potest repeti.

THESIS XIII.

SVMMARIA.

1. *Matrimonium etiam sine verbis contrahitur.*
2. *De substantia matrimonii verba non sunt.*
3. *Per certa signa consensus declarandus est.*
4. *Cypræi assertio.*
5. *Nutus voluntatem inducit.*

1 Fit tamen aliquando, ut consensus (1) iste verbis tam claris non exprimatur, & matrimonium *sine verbis*
2 contrahatur: De substantia (2) enim matrimonii verba non sunt, quod in muto & surdo, qui recte matrimonium contrahunt, patescit, ubi non voce, sed præsentia opus est, tunc mutus, si intellectum habet, potest videri respondere, idem est in surdo, hic enim
3 respondere potest *l. ubi. 124. ff. d. Reg. Jur.* per (3) certa signa dummodo consensus exprimatur, *vid. Schneidevv. ad tit. de Nupt. requis. 4. ibique Gothofr. in notis.* Hinc si puella propter verecundiam non loquatur, sed annuat potius, vel porrigat manum, & patiatur se subarrhari per immissionem annuli, consensus satis declaratus esse censetur, *Schneidevv. d. l.* Et *Cy-*
4 *præus* (4) *cap. 3. d. sponsal. §. 2.* asserit, neque in sacris literis,

literis, nec in prophanis ullum veſtigium aut exemplum extare, unde colligi poſſit, in ſponſalibus conſtituendis mulierem viro repromiſiſſe, vel puellas, quæ in poteſtate eſſent parentum, ſuis verbis ſeſe petentibus addixiſſe, etiamſi de eorum conſenſu tacito vel expreſſo ſponſalia contraherentur: in tantum, ut puellam inter deſpondendum arrham accipere, loqui autem non debere, cenſuerint, *c. 1. d. matrim. Eccleſ. contr. interd. contr. Beuſt. de Nupt. c. 42.* Nutus (5) etiam voluntatem & conſenſum inducit, hinc patet, mutum ipſum, qui facto talis, non natura, confiteri poſſe, de quo teſtatur *Bl. in l. C. d. confeſſ.* 5

THESIS. XIV.

SUMMARIA.

1. *De conſenſu contrahentium plene conſtet.*
2. *Declaratio hæc eſt e numero Correſpectivorum.*
3. *Annulus, ſi non ſit mentio ſponſaliorum, non pronubus, ſed donatio ſimplex erit.*
4. *Ex ſolo annulo non probatur contractum matrimonium.*
5. *Donationes ex liberalitate profectæ, non inducunt obligationem.*
6. *Munerum datio eſt ſignum æquivocum.*
7. *Adoleſcentes mittunt puellis donaria ad conciliandum affectum ἐρωτικόν.*
8. *Ad aucupandum amorem laſcivum.*
9. *Annulus ſæpius per laſciviam detrahitur.*

 10. Ex

10. *Ex joco quandoque datur annulus.*
11. *Hodie annulus ex levissimis causis datur*, zur *discretion*
12. *D. Lauterbachii Elogium.*
13. *Si tractatus honesti amoris praecesserit, annulus signum est desponsationis.*
14. *Intentio Contrahentium addenda est.*
15. *Ex verbis contrahentium judicandum, num annulus sit signum sponsaliorum de praesenti, vel de futuro.*
16. *Sponsalia per solum annulum non contrahuntur.*

1 De consensu Contrahentium ultro citroque (1) *plene* constet; quod fit, si sponsus annulum offerat, sponsa vero acceptet *l. 3. & 5. C. d. sponsal. Gutierez. tr. d. Matrim. c. 18. n. 5.* Si igitur a parte viri consentiretur, mulieris autem voluntas deficeret, actus iste nullius fo-
2 ret efficaciae; Est enim haec declaratio (2) e numero Correspectivorum, quorum natura est, ut unum sine altero non consistat, sed deficiente uno, corruat etiam alterum *l. 81. §. 1. ff. d. hered. instit. l. 31. §. 1. ff. d. adim. & transf. legat.* nec debent diverso jure censeri, *Cravett. consil. 393. num. 2. l. 29. §. 1. ff. d. Minorib.* Quando
3 autem (3) una cum donatione annuli non fit mentio & promissio matrimonii, talis annulus *non pro pronubo, sed pro simplici donatione* habendus erit. *c. illud IIX. de praesumtion. ibi:* Et quibusdam testibus, qui viderant annulos deferentem ipsam, probavit uxorem: sed mulier *de more illarum, quae panes vendunt, se annulos detulisse*
4 dicebat. Ex quo infertur, (4) ex solo annulo non probari contractum matrimonii. *Arnis. d. Jur. Connub. cap.*

cap. 3. sect. 1. num. 8. Sanchez. d. sponsal. disp. 35. num. 1. Meræ donationes (5) ex liberalitate profectæ, nullam obligationem inducunt *l. 10. ibi: donavit liberalitatis ratione ff. d. donat. ant. nupt.* Et potius habenda est ratio verborum, quæ subarrhationem antecesserunt, quam ipsius subarrhationis; *Jac. Thoming. 2. Consil. 52. n. 30. & 2. consil. 12. num. 24.* Sola munerum ejusmodi datio signum est æquivocum (6) ad plura, neque ob incer- 6 titudinem, vel natura sui, semper probat matrimonium. *Mascard. vol. 2. conclus. 1032. num. 4.* sed regulatur secundum ea, quæ expresse aguntur, vel secundum ea, quæ præcesserunt, *Panormitan. in c. duæ nobis 11. n. 7. d. desponsat. impub.* Usitatum enim est (7) adolescentes pu- 7 ellis adamitis, vicissim has illis jocularia & donaria mittere ad fovendum & consolidandum affectum ἐρωτικόν, ut sit amoris aucupium. Namque juxta *Ovid. lib. 2. d. art. amand.*

Munera, crede mihi, placant hominesque, Deosque,
Placatur donis Jupiter ipse datis

Et *Martial. lib. 9. ad Ruffum:*

Dum me captabas, mittebas munera nobis,
Postquam cepisti, das mihi, Ruffe nihil.
Ut captum teneas, capto quoque munera mitte,
Ut cavea fugiat ne male pastus aper.

Sic apud *Plautum in Milite act. 4. scen. 1. vers. 11.* (8) ad 8 lascivum amorem aucupandum annulus missus legitur:

Pal. Hunc arrhabonem amoris primum a me accipe,
Pyrg. Quid hic? unde est? *Pal.* a luculenta atque festiva fœmina,
Quæ te amat, tuamque expetisset pulcram pulcritudinem:

Ejus

Ejus nunc mihi annulum ad te ancilla, porro ut deferrem, dedit.

9 Et annulos sæpius (9) per lasciviam esse detractos, percepimus ex *Terent. in Hecyr act. 4. Sc. 1. d. Pamphylo.*

Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens annulum.

10 *Vid. Kirchman. tr. de annul. cap. 18.* Imo (10) ex joco quandoque datur annulus: Jocus autem consensui, qui ad matrimonium requiritur, est adversus, *arg. l. 31. ff. d. Oblig. & Action.* Hic enim agitur de actu magni momenti, qui non potest esse absque intentione efficaci *Kizel in sylv. nupt. c. 4. theor. 7. Hurtad. disp. 3. diff. 2.* Et nostris
11 (11) præsertim moribus annulus fœminis, ex levissimis etiam causis, & uti vulgo dicitur, zur discretion, offertur.
12 (12) *vide D. Wolff. Adam Lauterbachs*, JCti & Antecessoris Tubingensis incluti (cujus scripta apud Eruditos, eo quod omnium expectationi satisfaciant, in summa admiratione habentur) accuratissimum tractatum *d. Ar-*
13 *rha th. 84.* Subarrhatio itaque (13) desponsationis signum & futurarum nuptiarum symbolum quidem est, modo tamen præcesserit tractatus honesti amoris, & verba promissionem continentia *c. nostrates 30. quæst. 5. Covarruv. p. 2. d. Matrimon. cap. 3. §. 17. n. 8. & seqq. Thom. Trevit. de sponsal. & cor. privileg. priv. 6. n. 9. & 10.* Alias, ut loquitur *Zasius inter matrimonial. varior. part. 2. consil. 11. num. 6.* in annulo ab aliquibus 25. & a quibusdam 50. florenis æstimato, matrimonium promissum præsumi non
14 potest. Nam sicuti (14) in aliis negotiis, ita in sponsalibus intentio ac propositum contrahentium attendi potissimum debet, ex quo de ipsa sponsaliorum vi & efficacia est judicandum. *Carpz. Jurispr. Ecclesiast. lib. 2. tit.*

tit. 2. def. 19. Vnde ſi (15) quæratur, num annulus ſit 15
ſignum ſponſaliorum de præſenti vel de futuro? ex verbis contrahentium debet id æſtimari, *Menoch. d. præſumtion. lib. 3. præſ. 2. num. 3.* Verb. enim principium & finem actus denotant, *Anton. d. Butrio in c. literis 1. num. 2. & 3. de ſponſal. cap. 5.* Concludimus hic cum *Joachim. Beuſt. tract. de ſponſalib.* qui ait: ſponſalia (16) per ſolum an- 16
nulum datum non contrahuntur, niſi vocibus lingua figuratis hoc exprimatur, ut ſcilicet ſignificetur, annulum mulieri expreſſo ſponſaliorum nomine dari, tunc demum pro vero indicio ſeu ſigno contractorum ſponſaliorum erit habendus. Vide tamen infra THES. XXX.

THESIS XV.

SVMMARIA.

1. *Si conſenſus eorum, in quorum poteſtate dantes & accipientes ſunt, intervenerit, annulus erit pronubus.*
2. *Liberi non niſi prævio conſenſu Parentum annulum pronubum recte dant.*
3. *Hoc volunt jura divina.*
4. *Jus Civile.*
5. *Conſtitutio Saxo-Coburgica.*
6. *Conſtitutiones Principum Mecklenburgicorum.*
7. *Datio annuli Parentum conſenſu omiſſo nulla erit.*
8. *Inanis eſt voluntas, niſi adſit poteſtas.*
9. *Datur annulus, ſi Parentes conſentiant.*
10. *Sponſalia ſine conſenſu Parentum celebrata pro clandeſtinis habentur.*

NEc tamen datione annuli, etſi in hoc conſentiant, quod Pronubus eſſe debeat, dantes & accipientes
1 Sponſalia celebrant, *niſi conſenſus eorum*, (1) *in quorum*
2 *ſunt poteſtate, interveniat.* Sic Liberi (2) non niſi prævio conſenſu Parentum, imo mandato ipſorum, annulum recte dant. Jura enim & divina & humana hoc ipſum
3 volunt, jubent. Quod divina (3) attinet, vel ex ſolo *quarto præcepto*: Honora Patrem tuum & Matrem tuam, ſufficienter probari poteſt, conſenſum parentum ad validitatem matrimonii, quod liberi contrahunt, requiri; Imo ex *Exod. 22. verſ. 17.* conſtat, ne vitiatam quidem filiam potuiſſe duci, datre non conſentiente.
4 De Jure (4) civili res in aprico eſt; Sic enim imperator *§. 1. Inſtit. d. Nupt.* Juſtas, inquit, nuptias &c. ibi: tum tamen, ſi filiifamiliarum ſint, conſenſum habeant Parentum, quorum in poteſtate ſunt. Nam hoc fieri debere & civilis & naturalis ratio ſuadet, in tantum, ut juſſus Parentis *præcedere debeat.* Et ſi votum Deo factum absque conſenſu patris invalidum eſt, quanto magis promiſſio homini facta patre præterito valere non poterit.
5 *Num. 30. v. 67.* Quod etiam Conſtitutio (5) Saxo-Coburg. expreſſe ſancit; §. Sondern ein jedes Kind, Sohn oder Tochter ſoll ſich mit Wiſſen, Raht und Einwilligung ſeiner Eltern verheyrathen. *Erneſtus Cothmannus ICtus*
6 *lib. 1. Reſponſ. Jur. 1.* teſtatur, Principum (6) Mecklenburg. Conſtitutionibus caveri: Conjugia utut ſint contracta, inſciis tamen & invitis Parentibus pro irritis & nul-
7 lis habenda eſſe & declarari. Ideoque (7) datio iſta Annuli, quem ſignum eſſe volunt ſponſaliorum celebratorum, conſenſu Parentum omiſſo, nulla erit; quia poteſtatem, hoc eſt, facultatem agendi liberam non habent;

Ina-

Inanis (8) autem eſt voluntas, niſi etiam adſit poteſtas, 8
c. ſuper. X. d. d. off. deleg. Niſi (9) forſitan datus ſit An- 9
nulus & acceptus, ſi Parentes conſentiant; Conſenſu e-
nim tunc ſubſequuto, contractum cenſebitur matrimo-
nium; expediti quippe juris eſt; Sponſalia ab iis, qui
ſunt in poteſtate Parentum, celebrata, ob conſenſum
Parentum, reſolvi juris interpretatione in Sponſalia de
futuro *arg. cap. unic. d. Sponſal. in 6.* Et Sponſalia (10) 10
ejusmodi, quæ ſine conſenſu Parentum celebrantur, pro
clandeſtinis habentur, etiamſi cum ſubarrhatione con-
currerint & adfuerint mille teſtes *c. non omnis 32. q. 2. c. noſtrates, qualis 30. q. 5. D. Luther. in tract. d. Conjugio tom. 6. Wittebergenſ. pag. 258. D. Richterus deciſ. 8. num. 50. 51.*

THESIS XVI.

SVMMARIA.

1. *Quid? ſi Pater ſolus conſentiat, num ob defectum materni conſenſus matrimonium ſit nullum?*
2. *Quod Jus civile attinet, Negativa verior eſt.*
3. *Jura noſtra Eccleſiaſtica conſenſum etiam matris requirunt.*
4. *Jus divinum matrem patri conjungit.*
5. *Eadem reverentia utrique jure civili eſt præſtanda.*
6. *Salomonis dictum allegatur.*
7. *Patris voluntas, ſi mater diſſentiat, eſt præferenda.*
8. *Si pater ſciens prudens annnulum det filio, ut ſponſalia contrahat filius, diſſenſus matris actui iſti non officit.*
9. *Sententia D. Gerhardi refertur.*

1 QVid? (1) *si* Pater *solus* nec simul Mater consentiat,
potestatemque det filio filiæve annulum pronubum
dandi, vel accipiendi, postea vero pœniteat filius vel filia,
dissensusque ratio concurrat, num etiam ob defectum
materni consensus, matrimonium sive sponsalia de præ-
senti a filio contracta nulla pronunciari possint? *Jus Ci-*
2 *vile* quod attinet, (2) *Negativa* verior est, quoniam
Pater, non Mater, habet potestatem in liberos, secundum
allegat. §. *instit.* & muliebre consilium inconstans est ac
flebile, dum nimio plus affectibus indulgent, & quæ plu-
3 res sunt rationes, quæ adducunrur. Verum si (3) *Jura
nostra Ecclesiastica*, inprimis Saxonica attendas, juxta illa
statuendum est: Consensum quoque matris hoc casu re-
quiri: quod in *Constitutione Ecclesiastica Electorali tit.* von
Ehegelobnüssen expresse cautum reperitur, verbis: Es sol-
len sich keine Kinder, Söhne oder Töchter, wes Alters sie
seynd, ohne Vorwissen und Einwilligung ihrer Eltern,
als des Vaters, der Mutter, und da die nicht vorhan-
den, des Groß-Vates und der Groß Mutter, verloben.
Und wenn gleich solches geschehe, soll ein solch Verlöbniß,
ungeachtet, ob dasselbe in anderer Leuthe, als Gezeugen,
Beysein geschehen, für heimlich gehalten, und für unbün-
dig erkannt und die Personen in unserm Lande nicht getrau-
4 et werden; Quæ lex ratione haud caret; Jus (4) quippe
Divinum Patri matrem verbis satis claris conjungit,
*Exod. 20. vers. 12 add. D. Gerhardi Tractatus de Con-
jug. th. 86. p. m. 160.* Eademque (5) reverentia utrique
secundum naturam jure etiam Civili præstanda est *l. ss. 1.
ff. d. Obseq. Parent. & Patron. præst.*. Nam pietas, elegan-
ter ait *Ulpianus in l. furiosæ matris 4. ff. d. Curat. furios.*
parentibus etsi inæqualis est eorum potestas, æqualis
debetur.

debetur. Et sapiens *Salomo:* Audi fili disciplinam Patris & directionem Matris ne repellas. *Wurmser. Nucl. Controvers. disp. 2. th. 9. Sithmann. Nucl. Jur. Civil. ad tit. d. Nupt. Branchorst. centur. Miscell. 1. ass. 100.* legatur omnino *D. Richter in part. 2. Consil. 4. per. tot.* Non autem diffitendum est, Patris (7) volun- 7
tatem, si Mater dissentiat in nuptiis liberorum, præferendam esse voluntati matris; idque propter fragilitatem sexus. Nam juxta *cap. 10. X. de Verbor. Signific.* varium ac mutabile semper fœmina; quo pertinent loca sacræ scripturæ probe allata a *D. Gerhard. th. 87.* imprimis *Tob. 6. v. 13.* ubi Angelus Tobiæ consulit, ut a Patre Raguelo filiam in uxorem petat, & teste *Philosopho in polit:* Mas est principalior, quam fœmina; Inde *Ausonius:*

Sextus utrique potens, sed prævalet imperio Mas.

Si itaque (8) Pater sciens prudens Annulum vel Arrham 8
dederit filio, ut ipsum in fidem sponsaliorum fœminæ donet, dissensus Matris, rebus sic stantibus, actui isti non officiet. *Schneidvv. d. Nupt. licit. n. 38. Harprecht. in pr. d. Nupt.* Hæc tamen, (9) ait *D. Gerhard. l. c.* 9
in thesi recte disputantur, sed si ad hypothesin & speciales casus descendatur, prudentia *Abigailis* consilium stolidi *Nabalis* voluntati quandoque præferendum esse, nemo dubitabit.

THESIS XVII.

SUMMARIA.

1. Proponitur Quæstio.

2. In spiritualibus consensus matris non requiritur.

3. *Jusjurandum est servandum.*
4. *Contraria sententia laudatur.*
5. *Explicatur, quo sensu matrimonium dicatur spirituale.*
6. *Non omnia promissa sunt solvenda.*
7. *Pactum turpe nullam obligationem inducit.*
8. *Ad impossibile nemo obligatur.*
9. *Quænam res dicatur impossibilis.*
10. *L. 20. C. d. Nuptiis verba recensentur.*
11. *Talis obligatio vitiat contractum.*
12. *Improbatur levitas eorum, qui facile se ad jurandum offerunt.*
13. *Satius est juramentum non implere, quam facere turpia.*
14. *Adolescens propter temerarium juramentum puniendus est.*
15. *Limitantur dicta.*
16. *Separatio domicilii mensæque locum emancipationis obtinet.*
17. *Consensus maternus tunc de honestate erit adhibendus.*

Non injucunda quæstio est: (1) Si adolescens *mortuo patre* arrham puellæ in præsentia hominum fide dignorum dederit contraxeritque Sponsalia, addendo verba: Se promissionem a se factam, cujus testem esse velit hunc annulum, constanter servaturum, *etiamsi dissenserit mater*, confirmans votum suum juramento: Num postea ob dissensum Matris Sponsalia non sancte contracta sint nulla? Et quamvis in Spiritualibus, (2) quale juxta
2 Canones est Matrimonium, secundum *cap. 5. X. de Bigam.*

gam. consensus Matris non requiratur *cap. ult. d. Judic. in 6.* & juramentum actus sit religionis, finisque ejus confirmatio veritatis infallibili testimonio, quantum ab homine fieri potest, quæ infallibilis autoritas in ipso solo Deo est, *Marant. p. 6. Jurejur. num. 43.* & omne jusjurandum, (3) quod sine dispendio salutis æternæ 3
servari potest, sit servandum *cap. 18. X. de jurejurand.* Nihilo tamen minus contraria sententia (4) rationi 4
convenientior est, atque legibus. Neque argumenta in contrarium allata valide patrocinantur assertoribus; Quod enim Matrimonium (5) dicatur spirituale, sit non 5
quoad substantiam, sed quoad significationem; imo non statim spirituale est, quod cum spirituali quodam comparatur, vid. πολιτικώτατος Felvvingerus *diss. d. Matrimon. th. 34.* Neque omnia (6) promissa sunt solven- 6
da *can. 8. caus. 22. quæst. 4.* aut quodlibet juramentum servandum. Namque juxta legitimas sanctiones pactum (7) turpe, vel rei turpis aut impossibilis de jure, vel de 7
facto, nullam obligationem inducit, textus est expressus *in cap. ult. X. d. pact. in 6. & Socin. in reg. 206.* Et satis manifestum est, (8) ad impossibile neminem ob- 8
ligari, *l. impossibilium ff. d. Reg. Jur.* Res autem (9) 9
dicitur impossibilis & turpis de jure, cui jus, pietas, existimatio, verecundia, boni mores impedimento sunt *l. 9. 14. l. 15. ff. d. condition. institut.* vel propter incidens aliquod impedimentum, vel maximam ob difficultatem officii & obtineri non potest, sed necessario reliquenda & omittenda est, *Bechstad. tract. d. Condit. Sponsal. cap. 6. n. 1.* Cum itaque jura præcise velint matris consensum requiri, per ea, quæ th. præcedente dicta sunt, & in (10) 10
l. 20. C. de Nupt. habentur, ibi: Si patris auxilio destituta

tuta matris & propinquorum & ipsius quoque requiratur adultæ judicium, constat, Juvenum eo casu plene contra jura spopondisse, atque se ad rem impossibilem dum, eam rem adimplere ipsi non liceat, obligasse;
11 Qualis obligatio (11) vitiat & annulat contractum *l. impossib. ff. d. verbor. Obligat.* atque excusat ab excommuni-
12 catione, *gloss. in c. quæstio d. Appellat.* Improbanda (12) potius est quorundam levitas, qui facile, inconsiderate & incircumspectante jurant, & se ultro ad juramentum offerunt *c. & si Christus 26. §. fin. X. d. jurejur. gloss. add. c.*
13 Tolerabilius itaque erit, Juramentum (13) non implere, quam facere, quod turpe est *d. c. 8. caus. 22. quæst. 4.* Sponsalia ergo licet juramento fuerint confirmata, propter defectum tamen consensus materni sunt nulla, *Daniel Moller Semestr. lib. 1. cap. 47.* qui ex *Beustio* hunc
14 casum latius deducit, atque adjicit: Adolescentem (14) propter hujusmodi temerarium juramentum a Magi-
15 stratu arbitrarie puniri posse. Quæ autem (15) jamjam dicta sunt, locum habere videntur in filio, qui patre mortuo adhuc in matris domicilio commoratur, ejusque vivit quadra, aut ejus sumptibus alibi sustentatur; ut isto demum casu consensus matris sit de necessitate. Sin autem filius, modo majorennis sit, a parentibus se per domicilii mensæque mutationem separaverit, cum
16 ista (16) separatio locum obtineat emancipationis *D. Hahn. c. d. Wesenb. ff. d. Adoptionib. num. 5.* ad mater-
17 num consensum (17) impetrandum de honestate obstrictus censebitur. De iis latius *vid. Bechstad. d. Conditio. Sponsal. part. 1. cap. 2. num. 22. & 23.*

THE-

THESIS XVIII.

SUMMARIA.

1. *Sponsalia, quæ insciis vel invitis parentibus fiunt, irrita sunt.*
2. *Legibus & pietati contrariantur.*
3. *Temeritas ista contrahentium est coërcenda.*
4. *Annuli eo casu invicem sunt restituendi.*
5. *Ubi non est principale, ibi accessorium esse nequit.*
6. *Restitutio in integrum locum habet.*
7. *Dolus præsumtus est lata culpa*
8. *Hanc restitutionem expresse vult l. 5. C. de sponsalib.*
9. *In Consistoriis ita esse pronunciatum, probatur ex Carpzov.*
10. *Aliter moribus nostris observatur.*
11. *Annulus fisco cedit.*
12. *Et spectat ad Cameram.*
13. *Judicio ut sportula non cedit.*
14. *Nisi aliter sit introductum.*

Sponsalia ista, (1) quæ insciis vel invitis etiam paren- 1
tibus, ut & ista, quæ clam, nullis adhibitis testibus, fiunt, irrita sunt atque pro nullis habentur; Propterea dati ab ipsis Annuli frustra erunt, nec matrimonium stabilient; Tum (2) quod expresse legibus & pietati 2
contrarientur, tum quod turpitudinis suspicione aut careant, & dolo præsumantur, inita *Rittershus. differ. Jur. Civil. & Canon. c. 3. n. 3. in fin.* Ut taceam, quod temeritas (3) ista contrahentium per Magistratum merito 3
corrigenda, & arbitrarie punienda sit; Annuli tamen (4) ceteræque res arrhæ nomine datæ invi- 4
cem sunt restituendæ, per rationes, quas allegat *D. Carpzov.*

Jurispr. Ecclesiast. lib. 2. tit. 3. defin. 51. Quoniam enim eo casu matrimonium nullum est, datio annuli etiam
5 erit nulla. Namque ubi (5) non est principale, accessorium per rerum naturam esse non potest. *Petr. Roye. dec. Litua 3. n. 564.* nec accessorium potest continere quid majus, quam principale *l. cum nurum §. ult. ff. de*
6 *aur. & argent. leg.* atque hic (6) restitutio in integrum locum habet, cujus effectus est, ut qui læsum se probaverit, (quod heic parentes facile possunt) recuperet jus pristinum, rem scilicet vel dolo adversarii, vel sua imprudentia, vel absentia, aliisque modis amissam *l. 28.*
7 *29. ff. de administr. tut.* Dolus (7) etiam præsumtus, qui nihil aliud est, quam lata culpa *l. 226. ff. d. verb. Signif.* negotio isti illicito inesse censetur; Atque hanc restitu-
8 tionem expresse vult (8) *l. mulier sui juris 5. C. de Sponsal. & Arrh. sponsalit.* Ibi: Quæ ita custodiri censemus, si non propter personam, vel conditionem, vel aliam causam legibus, vel generalibus constitutionibus interdictum, futurum matrimonium constare prohibetur, tunc enim quasi *nullo facto*, utpote sine causa easdem arrhas præstitas tantummodo reddi, consequens esse præcipimus.
9 Atque (9) sic in Consistoriis pronunciari testatur *D. Carpzov. d. l.* Ob wohl GB. und gemeldte A. einander die Ehe versprochen haben mögen; dieweil aber GB. nicht beweisen kan, daß solches mit der Annen Eltern, und insonderheit des Vaters Vorbewust und Einwilligung geschehen, die Eltern auch, derer Gehorsam die Tochter sich unterwirfft, in diese Verehligung ihren Consens zu geben nochmahls Bedencken tragen; So wird angeregte Zusage der Ehe vor heimlich und unbündig billig erkennet, derowegen sie einander die Ringe und andere Geschencke

wie-

wiederum auszuantworten pflichtig. Aliter tamen, (10) prout scite notat *D. Lauterbach d. tr. th. 53.* nostris moribus observatur; Ut scilicet eo casu annuli vel arrha data (11) *Fisco* cedant, quemadmodum *D. Carpz. ibidem* pronunciatum fuisse refert; Daß sie beyderseits die einander gegebene Mahlschätze wieder auszuantworten, und in das Ober-Consistorium einzuschicken schuldig, *add. Webner. Observ. pract. voc.* Weinkauff. Annuli autem isti, qui pœnæ loco dantur, (12) spectant *ad Cameram s. Fiscum* istius loci, ubi consistorium est, idque ob fructus Jurisdictionis, neque judicio (13) ut sportulæ cedunt, nisi consuetudine aliter (14) sit introductum, semper enim illa retinenda est *l. quod si nolit 31. §. quia assidua ff. d. ædil. edict. l. ult. C. d. fidejussor. Gloss. in l. 38. autores ff. de pœnis.*

10 11 12 13 14

THESIS XIX.

SUMMARIA.

1. *Annulus pronubus datur vel pure vel sub conditione.*
2. *Datio annuli pertinet ad formam accidentalem sponsaliorum.*
3. *Quomodo detur pure?*
4. *Quomodo sub conditione?*
5. *Quid sit conditio?*
6. *Sponsalia sub conditione celebrari posse, totus titulus est in Jure Canonico.*
7. *Exempla referuntur.*
8. *Conditiones variæ dividuntur.*
9. *Quædam honesta s. possibilis; Quædam inhonesta s. impossibilis.*

10. *Juvenis annulum dans puellæ sub conditione honesta, sponsalia vere sunt conditionalia.*

1 ANnulus pronubus datur vel (1) *pure*, vel *sub conditione*, non aliter ac sponsalia ipsa fiunt; datio quippe
2 annuli (2) duntaxat ad formam accidentalem, seu ad ritum pertinet, annotante *id D. Hahn. in not. ad Wesenb. tr. ad tit. ff. de sponsal. num. 5.* Pure datur, (3) quando
3 promittens matrimonium vult istum annulum esse indicem conjugii; absque expressa ullius conditionis adjectione, ut statim, non demum post aliquod temporis intervallum nascatur obligatio & actio, ut alter promittentium ad petitionem alterius partis ad consummandum matrimonium compelli possit, secundum *panormitan. in c. super eo 5. X. de condit. apposit.* Sub conditione
4 (4) datur annulus, ut indicet, conjugii promissionem collatam esse in casum dubium, & fit per conjunctionem *si, nisi, postquam, quod, donec* &c. vid. *Galganett. p. 1. c. 89.* Ich gebe euch diesen Ring, zum Zeichen der zwischen mir und euch versprochenen Ehe, wofern euer Vater euch 1000. Rthlr. zur Ehesteuer mitgeben wird. Conditio enim
5 nihil (5) aliud est, quam qualitas actus, negotium in futurum & incertum eventum seu casum differens, prout eam describit ictissimus *D. Caspar. Ziegler in dissertat. inaugural. d. conditionib. th. 7.* Et sponsalia sub conditio-
6 ne celebrari posse (6) totus titulus est. *X. d. condition. apposit. add. Mozzius d. Contractib. tit. d. divis. matrim. num.*
7 *9.* Exemplorum abunde est; Sic *Saul* (7) filiam suam *Michal Davidi* sub conditione despondit *1. Samuel. 18. 25.*
8 Et *Laban* filiam sub conditione. Conditionum (8) autem variæ sunt divisiones, de quibus vid. *Bechstad. de condit.*

Condit. sponsal. part. 1. cap. 1. Inter alia dicitur quædam (9) *honesta, seu possibilis*, quædam *inhonesta, seu impossibilis.* 9
Illa est, quæ potest impleri, cuique non repugnat, sive natura, sive facultas hominis, quo minus existat. Hæc quæ plane impleri nequit, quæque eo ipso dum impossibilis est, sui existentiam impedit *D. Ziegler d. l. th. 60.* Si itaque juvenis annulum pronubum dederit (10) puel- 10
læ, sub honesta & possibili conditione, sponsalia vere sunt conditionalia; eaque ante conditionis eventum firma non sunt; consensus licet per verba de præsenti in iis exprimatur, ex quo tamen conditio apponitur, non habet effectum de præsenti; conditionis enim natura est, ut affectum differat, & nihil ponat in esse *l. 213. de Verbor. Signif. Luther.* von Ehe-Sachen. *Beust. d. Sponsal. cap. 7. Mauser ad tit. Instit. pag. 312.*

THESIS XX.

SUMMARIA.

1. *Contractis sponsalibus de futuro ligatæ sunt sponsorum manus atque animi.*
2. *Casus ponitur.*
3. *Sponsalia posteriora pure contracta sponsalibus prioribus conditionalibus præferri, nonnulli statuunt.*
4. *Matrimonium conditionale vim habet sponsalium de futuro.*
5. *Quod pure contractum est, præfertur ei, quod sub conditione.*
6. *Impia & periculosa prior sententia pronunciatur.*
7. *A contrahentibus expectari debet eventus conditionis.*
8. *Non licet pœnitere altera parte invita.*

9. In causis matrimonialibus non datur locus levitati.
10. Studiosus tali casu ad aliam animum salva conscientia appellere non potest.
11. Obligatio retrotrahitur ad tempus promissionis.
12. Conditio ejusmodi interposita ad tempus initi contractus retrotrahitur.
13. Contractus conditionatus pendente conditione dicitur perfectus contractus.
14. Juvenis ob levitatem pœnæ subjiciendus est.
15. Non juratur lapidi, sed proximo.
16. Licet juvenis duplicatas velit restituere arrhas, non audiendus.
17. Pro prioribus sponsalibus pronunciandum est.
18. Patris arbitrio hic plurimum tribuendum est.
19. Prudens Judex hic colligat, quænam sponsalia præferenda sint.
20. Quædam sponsalia impedunt contrahenda.

SImul ac tamen sponsalia de futuro seu conditionata contracta, ut ipsa per annulum pronubum, vel alia
1 indicia vere constent, ligatæ (1) sunt sponsorum manus atque animi, in tantum, ut neutri librum sit, pendente conditione, alia sponsalia de præsenti celebrare, sed exspectare debeant eventum conditionis. *Sit itaque casus*:
2 (2) Studiosus puellæ in Academia annulum in fidem matrimonii dat, sub conditione ista honesta ac possibili: Si Pater ipsius consentiat; Scribit ergo ad patrem, aperitque ipsi mentem suam ac negotium. Interim dum expectantur literæ, mutat juvenis mentem, ac alii iterum dat annulum, & pure contrahit sponsalia; hisce contractis, paulo post sequuntur

quuntur literæ; in quibus pater prioribus conditionibus consentit. *Quæritur*: quænam sponsalia de jure valeant? Et posteriora sponsalia de præsenti (3) utpote pure contracta, 3
præferri prioribus conditionibus statuunt egregii JCti, inter quos *Mauser. ad Instit. de Nupt. pag. 313. Schneidw. ad tit. inst. d. nupt. num. 37.* ubi *ex Panormitano* assignat rationem: quia tale matrimonium conditionale (4) vim habet sponsalium 4
de futuro, quæ per sequentia sponsalia de præsenti tolluntur. *cap. sicut ex literis 22. X. de Sponsalib.* neque in prioribus videatur purus & absolutus consensus, & licet retrotrahi videatur conditio *l. necessario 8. ff. d. pericul. & commod. rei vendit.* fieri tamen id non posse, cum hic obex incurrat, qui priorem obligationem tollat, ut ad id, quod sublatum sit, conditione nequeat retrotrahi, *Gothofred. ad Schneidwin. d. l. lit. a. qui lit. c.* addit: semper rationem esse spectandam, ut quod pure (5) con- 5
tractum sit, præferatur ei, quod sub conditione; quoniam faveatur conjunctioni & matrimonio jam consummato. Verum istam assertionem (6) impiam & pe- 6
riculosam vocat *D. Carpzov. Jurispr. Eccles. lib. 2. tit. 2. defin. 21.* ut potius sit dicendum a contrahentibus (7) 7
exspectari debere conditionis eventum, priusquam ad alia convolent, tum quod in aliis contractibus sub conditione conceptis non liceat pœnitere, (8) altera 8
parte invita, neque conditione pendente recedere a contractu *l. 11. ff. qui potior. in pign.* ibi enim in §. 1. ubi semel conditio extitit, perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset; tum ne (9) in caussis matrimonialibus, 9
ubi de re spirituali & conscientiam concernente ullus locus

detur

detur levitati & inconſtantiæ hominum. Vid. *D. Ger-*
10 *hard. tr. d. Conjug. th. 138.* Et qui Studioſus, (10) dum
expectat conſenſum ſui patris, ſalva conſcientia ad ali-
am, cauſis non adductus prægnantibus, animum appel-
lere poterit? exiſtente potius conſenſu parentis, atque
ſic impleta in prioribus Sponſalibus conditione, obliga-
11 tio (11) omnino retrotrahitur ad tempus promiſſionis,
non aliter, ac ſi in ipſo conventionis momento efficax
fuiſſet, *arg. §. ſub condition. 4. Inſtit. de Verbor. Oblig.* eo-
12 que magis conditio (12) hujusmodi interpoſita ad tem-
pus initi contractus retrotrahitur, quod inter hoc & exi-
ſtentis conditionis tempus aliquod adſit, quod negotium
quodammodo vivificat & ſuſtentat, dum alter contra-
hentium, altero invito pœnitere nequit *l. 42. pr. ff. de
Oblig. & Action.* junct. *l. 54. de Verbor. Signific. Barchovi-
us ad Treutl. vol. 2. diſp. 27. th. 6. lit. c. Gæddeus & ſtipu-
lat. cap. 9. n. 175.* Contractus enim conditionalis, quan-
tum ad effectum, ut non liceat ab eo recedere penden-
13 te conditione, (13) dicitur perfectus contractus, nec
ſolvitur, niſi purificato eventu conditionis *Geraph. Oli-
phar. Razzal. part. 2. deciſ. 1157. num. 4.* Et ſi qua in
cauſa conſulatur conſcientiæ, ne ipſi macula inuratur,
quam nec undarum pater Oceanus eluere poteſt, res
14 ſane matrimonialis eſt. Quo ſeſe vertit juvenis, (14)
ut ſi vel priora vel poſteriora ſponſalia conſumſerit, ob
levitatem hoc caſu pœnæ ſubjiciendus eſt, ut cæteri ſuo
exemplo ab iſtis variationibus abſtinere diſcant. Non
15 enim (15) quando promittis aut juras, tibi, aut lapidi
juras, ſed proximo. Non audit lapis loquentem, ſed
punit Deus te fallentem *c. ecce 22. q. 5. c. & ſi Chriſtus*
16 *verſ. & quamvis X. de Jurejur.* Ideoque (16) licet ju-
venis

venis annulum atque arrhas duplicatas restituere velit, non audiendus est. *Carpzov. Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 21.* Ni circumstantiæ altioris indaginis occurrant, quæ velint, posteriora pure contracta sponsalia præferri prioribus (17) 17
tunc pro prioribus potius sententionandum esse arbitramur. Patris arbitrio (18) hic plurimum est attribuen- 18
dum, penes quem est, filii sponsalia rata vel irrita facere. Prudens & æquus Judex hic colligat, quænam sponsalia (19) sint præferenda; Uti enim multa impe- 19
diunt matrimonium contrahendum, quæ contractum non dissolvunt, sic & sponsalia quædam (20) impediunt 20
contrahenda, quæ tamen contracta non dissolvunt, prout sapienter disserit *D. Gerhard, d. l. in fin.*

THESIS XXI.

SUMMARIA.

1. *Honesta conditio censetur, si mulier promittat: Si præter parentes Sempronius consentiat.*
2. *Casus figuratur.*
3. *Contrahentis consensus principalior est.*
4. *Matrimonia inter senem & juvenculam non adeo lætum solent habere exitum.*
5. *Mulier invita ad consummandum matrimonium non est adigenda.*
6. *Ex D. Bechstadio sententia profertur.*
7. *Pœna in hoc casu locum non habet.*

Honesta etiam (1) conditio censetur, si quæ mulier 1
concurrentibus circumstantiis ita promittat: *Si præter parentes Sempronius consentiat.* Ut casus sit: (2) 2

puella habens simplicis animi parentes, perque octo annos apud Semproniam ejusque uxorem ancillæ loco est; Hanc ambit senex quidam bene nummatus, accedit ejus parentes, & amore patefacto petit filiæ conjugium, & ut eo magis de animi propensione constet, annulum offert pronubum, rogatque, ut iis nominibus tradant filiæ. Virgo accersitur, offertur occasio hæcce nubendi, ipsa non simpliciter renuit, accipit etiam annulum cum aliis ejusdem farinæ jocalibus, sed addit, sed prius consulturam esse herum, si ipse matrimonium suasurus sit, tunc ipsius consilium se velle sequi. Herus rem probe ponderans, bona fide dissuadet oblatum conjugium, quo consilio stat virgo, annulum remittit, ac se amplius consentire nolle, animum declarat. Ubi quæritur, cum hoc in casu consensus parentum adsit, & filia amorem mutuum quadantenus declaraverit, annon hæc recusatio vergat in contemptum atque ludibrium parentum, quorum suasio ac beneplacitum tertio cuidam atque extraneo postponi velit, mulier teneatur consummare matrimonium? Resp. Quoniam dicta mulier ab initio non simpliciter annulum accepit, sed sub conditione, si herus suasurus sit hoc matrimonium, contrahen-
3 tis (3) vero mulieris consensus hoc in negotio principalior sit, parentumque consensus istum comitetur, quid? quod parentes hic pecuniam potius, quam personam decrepiti senis ex simplicitate visi sint amare, qualia ma-
4 trimonia (4) inter senem & puellam non adeo lætum solent habere exitum, nisi quando senex impleat terram, quas circumstantias pro sua prudentia herus probe trutinavit, atque in commodum ancillæ potius consulit; Propterea conditio admittenda, (5) nec mulier invita

ad

ad consummandum matrimonium est adigenda; quo in casu ex *D. Bechstad. d. tr. part. 1. cap. 9.* sententiam (6) 6 latam esse legimus verbis: Ob wohl N. der N. ein Stück Goldes, und anders mit Vorwissen ihrer Eltern auf die Ehe geben, dieweil sie aber solches anderer gestalt nicht angenommen, auch weiter keine Zusagung gethan, als wofern ihr Dienst-Herr darzu rathen würde, sich auch hernach dahin erkläret, er solte zuforderst seine Händel im Consistorio ausführen, welche condition aber N. nicht annehmlich gewesen, dergleichen ermeldete N. seiner nunmehro nicht begehret, so werden sie auch dahero der Ehe halber von einander absolviret und ledig gezehlet, immassen wir sie hiermit von einander ledig und los sprechen, und der N. sich sonsten Christlichen zu verheyrathen nachgeben und zulassen. Annulus vero vel arrha (7) tantummodo 7 restituitur, neque pœna locum habet, ut cedat fisco; quoniam non contra jura aut honestatem sponsalia sunt contracta, vid. infr. *th. XXVIII.*

THESIS XXII.

SUMMARIA.

1. *Num conditio, si certam pecuniæ summam intuleris, sit honesta?*
2. *Amor honestus non auro æstimatur.*
3. *Hodie pecunia primum quæritur.*
4. *Studiosi eruditionem volunt divitiis compensari.*
5. *Nullum onus gravius dotata uxore.*
6. *Philosophi plerumque imperiosis mulctantur mulieribus.*
7. *Dote non soluta, annulus conditione causa data, causa non secuta repetitur.*

8. Si propter infortunium jacturam bonorum patiatur sponsa, sponsus, dote promissa non soluta, a contractu resilire potest.
9. Secus est in sponsa divite, quæ nihil promisit.
10. Anulus tunc restituitur.
11. Semper subintelligitur clausula: Rebus sic stantibus.
12. In ipso actu sponsaliorum nominetur conditio.
13. Quando quis falso sibi persuaserit, parentes esse divites, a contractu postea resilire non potest.
14. Error fortunæ non dirimit matrimonium.
15. Fallaciæ splendido victu sæpe absconduntur.

1 Si quis sub conditione: *si certam* (1) *pecuniæ summam intuleris*, sponsalia contrahat, inque fidem eorum det annulum, dubitarunt nonnulli, num illa conditio sit honesta & admissibilis, an potius pro non adjecta ha-
2 benda; propterea quod amor honestus (2) solis animis æstimetur, non auro & argento *l. 3. pr. ff. de donat. int. vir. & uxorem* atque optima dos sit pudicitia; Sic juvenis apud *Senecam lib. 1. controvers. 6.* inquit: Vbi vero quis quæret uxorem, videat, an nuptias suas amet, an nihil pluris faciat marito, an misericors sit, an fortis sit, an vero possit, si quid inciderit mali, una tolerare; si his bonis fuerit instructa, dotata est, nec minus pia est; uxor quæ venit cum annexis optatis corollariis, quam quæ sine eis, ait *Gruger. disp. polit. th. 72.* Verum hac tem-
3 pestate pecunia (3) primum quæritur, virtus post num-
4 mos; Studiosi inprimis teste (4) *Arnisæo d. Jur. Connubior. cap. 3. n. 27.* volunt eruditionem & dignitatem divitiis uxoris compensari; quemadmodum divitias uxoris forma pauperis mariti compensari consuluit *Alexand.*

in consil. 209. unde plerisque, qui eruditionis & scientiæ causa impensas fecere, ita ut patrimonium fere consumserint, illud subinde in ore versatur: **Ein reiches Weib bringet alles wieder.** Et tum (5) si duxerint dotatam, 5
nullum sentiunt onus gravius, quam mulierem, quæ fert dotem copiosam, uti refert *Stoba ex Antiphane*, ut hodie in proverbium fere abierit: Philosophos & viros doctos plerumque imperiosis multari mulieribus. *Tiraquell. d. Retract. Convention. ad fin. tit. num. 70.* fœmina olim nuptura asses tres ad maritum veniens afferre solebat, atque unum, quem in manu tenebat, tanquam emendi causa merito dare, ex *Tiraquell. d. LL. Connubial. Arumæ lib. 1. Decision. 3. num. 11.* Adeoque sponsus, qui sub conditione, si tot vel tot aureos intuleris, promisit matrimonium dote tanta non soluta, annulum & arrham adipisci, prout nunquam ipsi abfuissent, & a sponsa recuperare valet, & quidem (7) *Condictione causa dat* 7
a causa non secuta. tot. tit. d. condict. c. dat. c. n. ser. Similiter dicta actio competit eo casu, quando v. g. Seja promisit certam summam, at vero accidat, ut propter infortunium (8) quoddam, puta incendium, aut furtum, ipsa 8
jacturam patiatur, atque sic ante nuptias perfectas ad inopiam redigatur, sponsus a contractu sponsaliorum resilire non potest *arg. cap. d. illis 3. X. de cond. apposit. Covarr. epit. d. sponsal. c. 5. n. 4. Morr. tract. d. Sponsal. n. 10. & seq. Cypræus d. Jur. Connub. p. 1. de sponsal. c. 13. §. 81. n. 3. Harprecht. Comment. ad Instit. tit. d. Nupt. n. 64. & seqq. Kizel Synops. matrimon. cap. 8. theoremat. 14. lit. b.* Secus est, si a sponsa (9) divite nihil sit in dotem promissum, ut 9
tunc sponsalia firma maneant, nec propter facultatum jacturam possint rescindi. *Gloss. Andr. Anton. Imol. alii-*

que communiter in cap. 25. *X. de Jurejur.* Eo caſu annulus,
10 & ea, quæ nomine arrhæ data ſunt, reſtituuntur (10) *arg.*
l. 3. *C. d. ſponſal.* In qualibet enim diſpoſitione ſubintel-
11 ligitur clauſula (11) illa; *Rebus ſic ſtantibus, modo nihil*
interveniat, ac promiſſum impediat l. 83. *pr. ff. d. ſolut.* Quæ
autem de conditione inferendæ pecuniæ dicuntur, cum
grano ſalis ſunt intelligenda; Tum demum ſcilicet
ſponſalia conditionata intelligi; quando in ipſo actu
12 (12) & negotio ſponſaliorum mentio facta eſt; prævia
commemoratione & expreſſa nominatione conditionis;
13 Alias ſi quis ſibi perſuaſerit, (13) audiveritve forſitan,
quod virginis parens, ſi dives agris, dives poſitis in fœ-
nore numis, & nemo non illum in re lauta atque bene
aucta conſtitutum eſſe deprædicet, ea opinione inductus
ambiat alicujus filiam, ſibique deſpondeat, poſtea ære
alieno, quod hactenus latuerat, patefacto, reſilire ipſi
haud fas erit, etiamſi arrham perdere velit; Error e-
14 nim fortunæ, (14) qualis hic eſt, & qualitas quædam
accidentalis, non facit, ut matrimonium dirimatur,
textus eſt in *c.* 1. 29. *qu.* 1. *Job. d. Imola in capit. cum dilect.*
X. quod met. cauſ. Sibi potius imputet incautus juvenis,
atque opprobrioſum ſibi dicere exiſtimet, non putaram
quodque erraverit, nec curioſius aut inquiſiverit, aut
prudentius tractaverit hoc negotium, præſertim cum
15 prudentes (15) non lateat fallaciam, & fraudes ſplendido
victu ſæpius abſcondi, aſt conturbatis ſignis perſonam
diu non ſuſtinere, & veritate palam facta ficta cito reci-
di in naturam ſuam.

THE-

THESIS XXIIII.

SUMMARIA.

1. Nil interest, annulum dent ipsi contrahentes, vel alii ipsorum nomine.
2. Pater & mater pro filia, avus pro nepte dare possunt.
3. Pater promittens filiam in matrimonium, ipsa vero plane nolens, non tenetur ad duplum.
4. Vltra posse nemo obligatur.
5. Difficultas excusat patrem.
6. Diabolicum jus est, quando parentes liberos cogunt ad matrimonia.
7. Quid, si juramento pater filiam in matrimonium se juveni daturum obstrinxerit?
8. Promissor amplius non tenetur, quam præstare operam.

Nihil autem intereſt, annulum (1) dent accipiantve ipſi contrahentes, vel alii ipſorum nomine *l. 5. C. d. ſponſal.* Quod enim quis per alium facit, ipſe facere videtur *l. 180. d. Reg. Jur. c. 72. d. reg. jur. in 6. l. 11. §. ult. d. pignor action.* Sic pater (2) & mater, pro filia, avus pro nepte eundem dare poſſunt. *d. l. 5. C. d. ſponſal.* Quando autem pater (3) filiæ ſumit annulum a juvene, eique ſancte promittit, filiam ſuam ſe ipſi locaturum matrimonio, filia autem plane non vult, ita ut nec perſuaſionibus, neque metu reverentiali, quem parenti debet, ad amandum juvenem adduci poſſit, annulum tantum prædicto juveni reſtituit, non autem tenetur ad duplum, tanquam ad pœnam, per rationes, quas adducit *C. Lauterb. d. tr. de Arrha th. 161.* Fecit enim pro ſua diligentia, quod potuit

1
2
3

4 (4) ultra autem nemo obligatur, modo nihil patri nomine negligentiæ possit imputari; *Bartol. in Consil. 236.* rem decidit: Quod si, ait, Martinus promisit se facturum, ut Berta contrahere matrimonium cum B. cum essent ætate puberi, sub certa pœna, & deinde iste Martinus faciat, quicquid potest, ut fiat contractus, sed facere non possit, quod excusetur a pænali stipulatione vel restitutione arrharum, per *l. si vehenda §. penult. & fin. ff. ad L. Rhod. d. jact.* ita ut hic locorum habeat vulgatum istud: Ibant qua poterant, qua non poterant, ibi stabant, *arg. §. si quis alium 2. ubi Dd. commun. Instit. d. inutil. stipulat. Panormitanus in c. ex literis X. d. sponsal.* Dif-
5 ficultas, (5) quæ est in facti obligatione, impossibilitas, excusat patrem a pœna; & cessante culpa, cessabit etiam pœna *l. 22. C. d. pœn.* quam senteniam in terminis, uti vocant habere *Trentacinq. lib. 3. resol. 2. d. matrimon. num. 16. Sanchez. d. matrimon. lib. 1. disp. 39. num. 12. & 13. Gutierez. d. matr. c. 18. n. 22.* testatur *D. Lauterbach. d. l.* Neque pater filiam invitam & dissentientem cogere potest ad nubendum personæ, quam non amat. *l. filiofamilias 13. ff. d. sponsal. l. non cogitur 12. ff. d. Rit. nupt. l. 12. ff. d. spon-*
6 *sal.* Diabolicum enim jus est, (6) si parentes liberos cogant ad matrimonia, a quibus innato quasi odio plane abhorrent, secundum *Martial.*

Non amo te, Volusi, nec possum dicere, quare;
Hoc tantum possum dicere; non amo te.

Recte statuunt Theologi, vid. *D. Luther. in rescript.* daß die Eltern die Kinder zur Ehe nicht zwingen, *Tom. 5. Jenens.* von Ehesachen *artic. 5. ibi:* dann Gott hat Mann und Weib also geschaffen, daß sie mit Lust und Lieb von Hertzen gerne zusammen kommen sollen, *add. c. cum locum 4.*

re-

requisivit X. d. sponsal. Quid si (7) juramento pater filiam 7
in matrimonium se juveni daturum obstrinxerit? Neque eo casu filia parentis factum præstare tenetur, per ea quæ modo dicta sunt; Nec a filia vel ejus parte exigetur pœna *c. gemma. 29. d. Sponsal. & Titia 130. ff. de Verbor. Oblig.* nec perjurium incurrit pater; Tacita enim inesse censetur conditio *si filia velit.* Si enim quis juraverit alium daturum vel facturum, intelligitur virtute juramenti promisisse, omni meliori modo, quo potest;
neque (8) promissor amplius tenetur, quam præstare o- 8
peram, & non aliud, sicuti id deducit *D. Hieron. Schurff. cent. 1. consil. 15.*

THESIS. XXIV.

SUMMARIA.

1. *In matrimonio contrahendo sæpius fœminæ & viri adhibentur.*
2. *Genus mulierculárum, quæ connubia quasi miscent, male audiunt.*
3. *Stolide agunt, qui rem tam gravem per tales personas tractant.*
4. *Possunt tamen viri fœminæque ad honestum amorem conciliandum adhiberi.*
5. *Viri dicuntur auspices.*
6. *Consultum est per interpositas personas tractari.*
7. *Magnatum matrimonia per Legatus conciliantur.*
8. *Mediatores debent officio viri boni fungi.*
9. *Casus proponitur.*
10. *Annulum invito Domino in rem suam alienans furtum committit.*

11. De modo injuriam vindicandi in aliud tempus discursus reservatur.

1 Experientia porro discimus in negotio matrimonii, prout est contrahendum, sæpius fœminas, (1) itemque viros adhiberi. Quod fœminas attinet, eas Proxonetrias & Promnestrias vocari testis est *Alciatus lib. 1. disput. c. 22. Ovidius epist. 6.* pronubas appellat.

Non ego sum furtim tibi cognita, Pronuba Juno
adfuit.

Germanice **Kuplerin** dicuntur, quod matrimoniis copulandis adhibeantur, **daß sie die Leuthe zusammen kop-**
2 **peln**, atque propterea (2) id genus mulierculárum, quæ connubia quasi miscent, hodie male audit, Hujus vitæ
3 statum ingressuri stolide agunt, (3) si rem tam sertiam tamque gravem per tales personas tractant, *Petr. Peck. ad Reg. nullus ex consilio 62. num. 2. d. Reg. Jur. in 6.* Si causæ matrimoniales a precibus & nominis divini religiosa invocatione non inchoantnr, sed per vetitas copulationes, & per vetulas mulieres pretio vel promissis ad id conductas tractantur, non mirum est, quod plerumque negotium non succedat, neque ad exitum optatum & speratum deducatur. Nam

Nullius est felix conatus & utilis unquam
Consilium, si non detque juvetque DEus.

Joan. 15. v. 5. D. Cothmann vol. 3. respons. 34. num. 98. & seq.
4 Posse tamen (4) imo quandoque debere viros fœminasque honestas ad amorem licito modo conciliandum intervenire, quis dubitet (viri isti dicti sunt (5) *Auspices, Hotomann. lib. d. Rit. nupt. c. 2. ex Ciceron. lib. 1. d. divin.*) qui, quod etiam nunc, *inquit*, auspices nuptiarum declarant

clarant, qui re omissa nomen tantum tenent. Et consultum est, per (6) interpositas personas conditiones 6 (per quas pactiones & conventiones *arg. l. 1. C. d. sponsal.* intelliguntur) expediri *l. ult. ff. d. sponsal.* Sæpius enim ea, quæ alias tam libere non proponerentur, puta ob pudorem, quando de vitio, vel quantitate dotis sermones conferri necesse est, felicius tractantur; apud Magnates (7) matrimonia per legatos conciliantur, vid. *D. Myler Gamalogiam person. Illustr. cap. 3. §. 4. 5. 6. Limn. Notit. Reg. Gall. lib. 2. cap. 15. sub lit. K. L.* Debent autem 7 (8) mediatores isti quibus id negotii concreditur, officio 8 viri boni fungi, atque omni dolo abstinere, seque ab iis, quæ sunt prohibita, temperare, ut JCtus vult *l. 1. §. 9. d. offic. præf. urb.* Hinc si Cajus (9) amicum suum Sempronium roget, amorem apud Pomponiam ut conciliare, atque annulum in fidem conjugii tradere velit, 9 Sempronius quoque operam se locaturum promittat, Pomponiamque adeat. Quoniam autem virgo ob naturæ bonitatem & egregias divitias proxenetæ placet, oblitus Caji se suaque offiicia commendat, virginis favorem ambit, eundem annulum, quem bona fide alterius nomine tradendum secum habet, non mandantis sed suo ipsius nomine offert; quis dubitet Sempronium contra bonam fidem egisse; cum non tantum fines mandati sibi præscriptos plane non servaverit, verum etiam partes amici omnino deseruerit, quid? Quod annulum invito Domino in rem suam fraudulenter (10) alienans 10 furtum commisisse sit dicendus *§. 1. instit. d. oblig. quæ ex delict. nasc.* Hic cum *Comico* quæ temporis saltem nostri labes est, quis forte exclamat,

- - - - - - quos cum cenſeas
eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimoniis,
Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta ſide.

11 De modo autem (11) vindicandi injuriam ejusmodi, (injuriam enim ſubeſſe quis non videt?) ac ratione, qua id quod intereſt, (ſi enim virgo in bonis verb. gr. 20000. Imperiales haberet, cæteraque Cajus amica, cujus benevolentiam, priusquam miſerat Sempronium, ſatis perſpexerit, hic autem ipſum mellitis forſitan verbis ſuperaverat & Svadela, ut in ſuas caſſes traxerit petitam prædam, facile potuiſſet potiri, ſi ipſe fuiſſet præſens, lucrum certe ceſſat, emergitque damnum haud mediocre) quæri poſſit, alio tempore dicendi locus eſt.

THESIS XXV.

SVMMARIA.

1. *Incidenter thema ponitur.*
2. *Dolus cauſam dans bonæ fidei contractui, ille ipſo jure nullus eſt.*
3. *Dolus unde apparat.*
4. *Quis in jure dicatur dolus.*
5. *Cum parentes & proxenetæ non dixerint veritatem, eos doloſe egiſſe conſtat.*
6. *Dolus & fraus nemini debet patrocinari.*
7. *Fraus in omni pacto excepta cenſetur.*
8. *Ad formam ſponſaliorum pertinet, liberum eſſe conſenſum.*
9. *Diſtinctio inter errorem qualitatis & dolum.*
10. *Item dolum apertum & latentem.*
11. *Si dolus manifeſtus eſt, pœnitentiæ locus erit.*
12. *Promittens grandem dotem, nec ipſam præſtare valens ad pœnam tenetur.*

13. Con-

13. *Conjugium propter dolum non est rescindendum.*
14. *Puniendi tamen sunt deceptatores.*
15. *Dictum Plutarchi allegatur.*
16. *Proxenetæ actione ad interesse conveniri possunt.*
17. *Actio ista ultra supplementum dotis extenditur.*
18. *Dicta intelliguntur de fallacia & calliditate Proxenetarum.*
19. *Officium nemini sit damnosum.*
20. *Dolus semper est probandus.*

Incidenter autem, *quando parentes vel* (1) *proxenetæ coram juvene, matrimonii candidato, cui locupletem uxorem ducendi est animus, quique mentem suam de captanda dote expressis verbis & claris exponit, aureos montes jactent, ita ut promissis divitiis aut spe hæreditatis ad matrimonium contrahendum juvenem invitent, talis autem opum cumulus post datum annulum pronubum & contracta sponsalia non appareat, contrariumque potius elucescat, juvenem scilicet vana spe plane esse illectum, sponsalia posse rescindi verius videtur:* Quando enim dolus causam (2) bonæ fidei contractui præbet; tunc contractus ille ipso jure nullus est, *per l. 7. ff. d. dolo l. 16. l. 3. §. ult. ff. pro Socio. l. 4. C. d. hered. vel act. vend. Mynsing. Observat. cent. 4. Observ. 73. Sichard. ad l. 7. C. d. dol. mal.* Hic autem (3) dolum esse inde apparet, quod parentes aliud præ se tulerint, aliud occulte intenderint, atque sic in fraudem alterius omnia fuerint moliti; Et dolus in jure (4) dicitur, si non facit quis, quæ scit se facere debere *l. dolus ff. mandati. l. Julianus §. 51. tibi decem ff. ad exhibend.* & dolus committitur, si taceo illud, quod scio. *Alex. in Consil. 14. vol. 5. num. 6.* & cum parentes & proxenetæ non dixerint veri-

5 tatem, ſed callidate & nequitia iſtam (5) ſuppreſſerint,
6 doloſe ipſos egiſſe manifeſte conſtat; dolus autem (6)
& fraus nemini debent patrocinari. *cap. cum haberet, de eo qui duxit in matr. quam pollu. per adulter. c. ex liter. de dol. & cont.* Imo regula communis eſt in jure: Quod
7 in omni pacto (7) & contractu ſemper cenſeatur excepta omnis fraus & dolus *l. Creditor. §. Lucius ff. mandati Perez ad C. tit. de ſponſ. num. 21.* Et cum hic dolo juvenis ſit inductus ad matrimonium contrahendum, ſine quo alias non contraxiſſet, manifeſtum eſt, dolum hunc attingere eſſentialia matrimonii; ad formam enim ſponſa-
8 liorum (8) pertinet, ut liber ſit conſenſus; Vbi autem dolus eſt, ibi libertas eſſe nequit. Vnde probe diſtin-
9 guendum eſt *inter errorem qualitatis*, (9) de quo intelligenda ſunt dicta in Theſ. XXII. & *dolum Hunn. variar. reſolut. lib. 1. tract. 3. q. 11. D. Gerhard. d. Connub. th. 117.*
10 Item inter *dolum apertum* (10) & *latentem*, hunc vocamus ſi qui bonis verbis ineſcare noverint juvenem, officii & urbanitatis gratia omnia ſua bona pollicentes, ut ejusmodi complementis, ſeu potius completis mendaciis illaqueetur & irretietur bonus iſte vir, ſuæ facilitati potius acceptum referat, quod rem tam ſeriam & gravem ſtulte tractaverit, quam ut reſciſſionem poſſit prætendere. Sin autem res, quoad dolum manifeſtum ſ. aper-
11 tum, adhuc ſit inregra, pœnitentiæ (11) omnino locus erit, & ſponſalia dirimi poterunt *Alberic. Gentil. de nuptiis l. 3. c. 4. Joan. Papon. 6. arreſt.* atque ſic in Scabinatu Leydenſi pronunciatum eſſe refert *Simon. a Leuwen centur. forenſ. lib. 1. c. 11. num. 33.* Eo caſu tamen pars grandem dotem promittens nec ipſam præſtare valens ad pœ-
12 nam (12) tenetur, ita ut annulum eaque omnia quæ accepit

cepit, duplicata reſtituat. Quando vero res non eſt in-
tegra, ita ut concubitus acceſſerit, vel matrimonium ſit
conſummatum, & poſtea demum dolus appareat, con-
jugium propter dolum quidem (13) non reſcindendum 13
eſt, *Covarr. d. matrimon. p. 2. c. 3. §. 7. n. 5.* licet ſpecies
raptus magis, quam conjugium ſit, *Arnis. d. tr. cap. 3.
num. 36.* Puniendi tamen ſunt (14) deceptores ob men- 14
dacium, quod infelicium nuptiarum, quales eſſe ſolent,
quæ dolo concinnantur, autores extiterint & congluti-
natores. Nihil enim ſtruxere aliud, quam ſcalas ad ge-
hennam, cumque inter illos, qui decepti ſunt, iræ, rixæ,
odia, minæ ac quodvis ſcandalorum genus audiatur ab
utroque conjugum, pax ibi nulla eſt, ibique neuter, in-
ſtar hecticæ febris, poteſt avelli, niſi morte. Hinc ſci-
te *Plutarch.* (15) *d. præcept. Connubior.* Piſcatio, *inquit*, quæ 15
fit medicamentis, compendioſe & ſubito capit piſcem,
ſed inſipidum & pravum reddit: Ita quæ viros volupta-
te capiunt, aut dolo malo ineſcant, etiamſi in caſſem
facile eos pertrahant, pertractos tamen intractibiles ſen-
tiunt, & decipularum memores. Ne autem proxenetæ,
qui de ſumma, ac quantitate dotis, modo & ſolutionis
tempore egerunt, ſcientes promiſſa fuiſſe vana, talem
machinationem & impoſturam impune auferant, (quod
ſæpe proxenetarum proprium eſt, ut pecunia corrupti,
non minus ut pictores ex rana Dianam faciant, *Dn. Joh.
Sigm. Findekeller in diſp. inaug. Argentorat. ann. 1669. ha-
bita ſect. 2.*) Eos, cum ſint (16) in culpa, poſſe con- 16
veniri *actione doli ad conſequendum id, quanti noſtra inter-
eſt*, hac promiſſione dotis non fuiſſe circumventum, ve-
rior eſt ſententia, *arg. l. 2. d. proxenet. l. 1. pr. l. 7. §. 10. l. 8.
l. 18. §. 4. ff. d. dol. mal. l. 52. §. 21. l. 43. §. 3. ff. d. furt. D.*

Schrö-

Schröter. in not. ad. Suthold. dissertat. 15. aph. 64. Vt hic verum sit: malum consilium consultori esse pessimum; idque optimo jure, quid enim perfidia atroicus? Et proxeneta conventus, si in mora sit solvendi præter id, quod promissum est, & sic ultra supplementum dotis, ad
17 interesse (17) actio ista extenditur, per ea, quæ tradit *Mevius comment. ad jus Lubecens. tit. 10. Reusner. lib. 3. consil. 20. num. 9. Strach. tr. d. decoctor. p. 2. q. 7. pr. num. 33. &*
18 *34.* Quæ recte, uti dictum, intelliguntur de fallacia (18) & calliditate proxenetarum; regulariter enim ex negotio, in quo sine fraude intervenerunt, quasi mandatarii non tenentur *l. 2. ff. d. proxenet. arg. l. 10. ff. mandat. l. 20. ff. de his qui notant. infam.* Quis enim eo modo, si alterius facta teneretur præstare in matrimoniis conjungendis, of-
19 ficium suum unquam interponat? cum illud nemini (19) sit damnosum *l. 7. ff. quemad. testam. aper. l. 61. §. 5. ff. d. furt. l. 26. d. administr. tutel. vid. Stracha tr. d' proxenet. part. 2. num. 24. Cavalcan. part. 1. decis. 34. Petr. Peck. ad reg. nullus ex consilio. 62. num. 2. d. reg. jur. in 6to Decius, Hippol. a Col. lib. Broncborst. Gothofred. ad l. 47. ff. d. reg. jur. Cardinal. Tuschus. pract. conclus. 1071. num. 3. lit. P. 94. Surd. cons. 19.*
20 *num. 12.* Dolus autem (20) semper est probandus, quia in negotio per se licito, quale hoc est, non præsumitur, cum sit delictum *l. 51. ff. pro Socio. l. 15. §. 36. d. injur.* Quomodo autem probetur vid. *l. 1. C. d. dolo l. 23. §. 1. de probat. l. 10. C. d. rescind. vendit. Barbos. Lucuplet. 4. c. 44. voc. Dolus.*

THESIS XXVI.

SVMMARIA.

1. Per literas offertur annulus.

2. *Non*

2. *Non figura literarum, sed oratione. quam exprimunt literæ, obligamur.*
3. *Documenta literaria probant matrimonium.*
4. *Ista quippe diuturnitate sua alias probationes superant.*
5. *Quandoque majorem autoritatem obtinent.*
6. *Modo literæ ea intentione mittantur, quod velint matrimonium pangere.*
7. *Virgo propter taciturnitatem obligatur.*
8. *Literæ amatoriæ nihil probant.*
9. *Probant tantum matrimonium contrahendum, non tamen contractum.*

Etiam *mediantibus literis* (1) annulus iste pronubus offerri, sponsaliaqne contrahi possunt; Non quidem 1
ut ait *JCtus in l. 38. ff. d. Oblig.* figura literarum, (2) sed 2
oratione, quam exprimunt literæ, obligamur, quamvis placuit, non minus valere quod scriptura, quam quod vocibns lingua figuratis significatur. Scriptura enim & signa ista tertii generis non voces tantum, aut vocabula, sed res quoque & conceptus quoque denotant. *Aristot. lib. 1. d. Interpr. c. 4.* Sic ad probandum matrimonium contractum documenta
(3) literaria præprimis faciunt; quoniam ex instituto & 3
impositione hominum tantum valent literæ, quantum ipse voces atque in negotiis & conventionibus cum oratione eundem vigorem & efficaciam habent. *Hering. d. fidejussor. c. 11. num. 29. Vasqu. d. succession. tom. 1. lib. 2. §. 25. req. 16. num. 55.* Imo diuturnitate (4) sua omnis ge- 4
neris probationes superant, & in exercendis litibus non solum eandem cum testibus vim atque autoritatem. *l. 15. C. de fid. instrum.* sed quandoque etiam (5) ma 5
jorem iis contineri dicuntur *l. 10. ff. d. probat & præsumpt.*

Modo literæ una cum annulo ea intentione verbisque ad eam conceptis mittantur, quod velint connubium
6 (6) pangere. Qualia verba apud *Zasium lib. 2. consil. 3. num. 7.* extant; Ich schicke Euch hiermit einen Ring zu einen gewissen Zeichen meiner rechten und redlichen Lieb, und damit Euch und keine andere zu meinem Eheweib zu haben, und Euch hiermit zuvermählen, und zu nehmen. Et virgo annulum accipiens, licet nihil responsi dede-
7 rit, (7) propter tacitutnitatem, quæ æquiparatur con-
8 sensui, obligabitur, vid. supra *Thes. XIII.* Literæ (8) autem, si amatoriæ saltem sint, quamvis annulus adsit ad probationem promissi matrimonii, nihil valebunt. Notum enim est ejusmodi literas (Buhlen-Brieffe) in-
9 ter (9) amantes tantum probare matrimonium contrahendum, non tamen contractum *Francisc. Vivius decis. 241. num. 19. p. 2.*

THESIS XXVII.

SUMMARIA.

1. *Annulum pronubum hodie & vir dat & fœmina.*
2. *In ipso benedictionis sacerdotalis actu traduntur annuli.*

1 Nec solus *vir* (1) sed etiam *fœmina* annulum dat pronubum, quod consuetudine ita est receptum. *Bocer. class. 1. disp. 9. th. 23. lit. E.* De jure quidem civili solus sponsus sponsæ, non autem contra, annulum dabat, *arg. l. 38. in fin. d. rit. nupt. l. 5. C. de spons. Colleg. JCtor. argent. tit. d. spons. th. 10.* Hodie in quibusdam Ecclesiæ
2 nostræ locis usitatum est, in ipso (2) benedictionis sacerdotalis actu Neonymphos tradere annulos pastori, qui ea de causa porrigit librum, ex quo verba solemnia prælegunt ur, ut super ipso ponantur; tunc iste annulum,

quem

quem ſponſa obtulit, ſponſo, & quem ſponſus, ſponſæ tradit, ſicque invicem commutat.

THESIS XXIIX.

SUMMARIA.

1. *Rite dato annulo, contracta ſunt ſponſalia.*
2. *Nec pœnitentiæ locus eſt ſine gravi cauſa.*
3. *Reſciſſio ſponſaliorum non debet fieri propria autoritate.*
4. *Cauſæ reſcindentes relinquuntur Judicis arbitrio.*
5. *Annulos temere remittentes nihil agunt.*
6. *Magiſtratus iſtas perſonas ad conſummationem cogere poteſt.*

Dato rite annulo pronubo contracta (1) eſſe ſponſalia 1
conſtat, per ea, quæ ſupra & *Theſ. XX.* dicta ſunt
nec pœnitentiæ (2) ſine gravi cauſa locus eſt. Vt pro- 2
inde veſana ſit opinio eorum, qui cum ſponſalia contraxerint, annulosque invicem dederint, id quod promiſerunt, annulos remittendo, cupiant diſſolvere; In dantium & contrahentium poteſtate non eſt, ut vinculum matrimonii, quod ex voto ligarunt, pro lubitu ſolvant quos enim Deus conjunxit, homo ne ſeparet, per *c. ſuper eo X. d. eo. qui cogn. conſ. c. fin. X. d. tranſaction.* Reſ-
ciſſio enim (3) in ſponſalibus, ſi forſan ob cauſas præ- 5
gnantes liceat pœnitere, non debet fieri autoritate propria, ſed judex Eccleſiaſticus, cauſæ cognitione deſuper inſtituta, ſponſalia diſſolvit. *l. 1. C. d. ſponſal. D. Struve exerc. 29. th. 14.* & cum omnes cauſæ examuſſim enumera-
ri non poſſint, judicis arbitrio (4) relinquuntur. *Har-* 4
precht. ad rubr. inſtit. d. nupt. D. Carpzov. lib. 5. tit. 16. reſponſ. 108. in fin. pronunciatum eſſe teſtatur: Ob nuu

wohl sonst die andern Contracten die Reue, wenn solche bey beyden Theilen verhanden, zugelassen, und der einmahl geschlossene Contract wohl wiederum aufgehaben und dissolviret werden mag, dieweil es aber dennoch mit dem Ehegelöbniß viel eine andere Gelegenheit hat, und dasselbe, wenn beyde Theile in beyseyn der Gezeugen, ihr redliches und beständiges Jawort von sich gelassen, durch Göttliche Ordnung dermassen verbündlich gemacht wird, daß es von den Contrahenten nicht aufgehoben noch dissolvirt werden mag &c. Ideoque annulos temere remit-
5 tentes (5) nihil agunt, nec propterea, quod mutuo sine causa pænituerint, a promissis supplendis liberantur. Magistratus istas personas ad consummationem matri-
6 monii cogere debet; Sponsalia (6) enim hodie adeo obligatoria sunt, ut etiam sine annulo vel arrhis contracta mutuo contrahentium dissensu dissolvi non possint. *Beustius d. sponsal. part. 1. cap. 58.*

THESIS XXIX.

SVMMARIA.

1. *Semper dispiciendum est, quis pœniteat.*
2. *Si fornicatio alterius partis superveniat, pars innocens licite pœnitet.*
3. *Reus duplicatas arrhas restituit.*
4. *Dans ansam litigio pœna ista luit.*
5. *Pœnalis stipulatio in sponsalibus valet.*
6. *Causa pœnitentiæ si sit superveniens impedimentum aliquod juris arrhæ in simplo restituuntur.*
7. *L. 5. c. d. sponsalib. generaliter loquitur.*
8. *Distinctio Glossæ affertur.*
9. *Quænam sententia in Consistoriis sit recepta.*

10. *Ju-*

10. *Justum est personas istas, quæ contra Legum sanctiones agunt, pœna quadam affici.*
11. *In odiosis leges tam restringuntur quam extenduntur.*
12. *Bina sponsalia contrahens arrham datam restituere tenetur.*
13. *Pœna prævaricatori arbitraria decernitur.*
14. *Rescriptum ex D. Carpzovio.*

Eo casu, quo pœnitentia in sponsalibus contractis locum habet, si de restituendo annulo cum aliis rebus
quæ arrhæ loco datæ sunt, quæstio movetur, dispiciendum est, quis pœniteat (1) & quisnam causam pœni- 1
tentiæ dederit. Sic si fornicatio alterius (2) contrahenti- 2
um partis superveniat, fit, ut pars innocens licite pœniteat, atque recedat a sposalibus *c. de illis 2. X. d. condit. appos. c. frustra 76. d. reg. jur. in 6to.* quoniam in promissione nuptiarum conditio castitatis & pudicitiæ subintelligitur *Sanchez. d. Matrim. lib. d. spons. p. 48. & seq.* Tunc
pars (3) rea duplicatas arrhas restituat necesse est. Idem 3
dicendum erit, si inimicitiæ (4) capitales oriuntur, ut 4
nullo modo reconciliatio possit obtineri; ibi dans ansam litigio pœna ista luit. Leges enim pœnales volunt tunc præstari duplum, si per accipientem stet, quo minus promissum sequatur, 17. *c. d. fide instrum. princ. Instit. d. Empt & vendit. l. 3. l. fin. C. de sponsal. l. 1. C. si nupt. ex rescript. petant. Franc. Dar. d. sponsal. ad tit. solut. matrim. §. 4. fin.*
Vbi observatur, quod contra (5) prohibitionem juris civi- 5
lis contraria lege atque observantia pœnalis stipulatio in sponsalibus valeat, utpote si sponsus vel sponsa sine legitima causa de facto a sponsalibus recedere velit, pœnam promissam præstare teneatur *Laimaon. in Theol. Moral. lib. 5. tract. 10. part. 1. c. 1. num. 8. D. Lauterbach. d. tract. th. 50.*

6 *& seq.* Sin autem causa (6) pœnitentiæ sit superveniens aliquod impedimentum juris, ut si intervenerit naturalis procreandi imbellicitas *l. 10. cum auth. seq. C. d. repud. l. 39. d. jur. dot.* Item furor, a cujus consuetudine omnes abhorrent *Cypræ. d. sponsal. c. 13. §. 59.* Morbus contagiosus & desperatus, ut & sanitatis & vitæ periculum subsit, *Carpz. Jurispr. Eccles. lib. 2. defin. 176.* Annulum & arrhas non duplicatas, sed in simplo restituunt, quæ nec Fisco
7 cedunt *d. l. 5. C. d. sponsal.* Ex qua lege, (7) utpote quæ generaliter & sine distinctione loquitur, *D. Lauterbach. d. tract. th. 150. & seqq.* concludit, quando duo ratione consanguinitatis vel affinitatis in gradu prohibito juncti sponsalia contraxerint, prohibitionem sciverint nec ne, quod arrhas duplicatas restituere non teneantur, neque iis privari; aut ipsæ Fisco vindicari debeant; quia nulla lex id velit, & pœnæ non sint extendendæ, sed restringendæ *l. pen. ff. d. pœn. cap. odios. 15. d. reg. Jur. in 6to.* Non
8 attenta distinctione (8) *Glossæ in d. l. 5. C. d. sponsal.* Quæ vult, ut si sponsa, quæ arrham dedit, matrimonium inter ipsam & sponsum sciverit esse prohibitum, nihilo tamen minus sponsalia contraxerit, sponso duplicatam restituere teneatur, sin autem ipse sponsus una hoc noverit arrhas Fisco; quando uterque ignoraverit, invicem restituendas, si sponsa quidem nesciverit, sponsus autem noverit, non sponso sed Fisco præstandas esse. Cui opinioni suffragatur *Sichard. ad d. l. num. 8. & 9.* ex rationibus quas solide affert. *D. Lauterbach. d. l.* Prior sententia in jure firmo quidem stat talo; ast in Consistoriis hodie (9) po-
9 steriorem fuisse arreptam juxtaque ipsam judicatum memini. Neque etiam illud adeo (10) odiosum sed justum & favorabile videtur, personas istas, quæ scientes prudentes contra sanctiones legum agunt, atque constitutiones

nes Legumlatoris susque deque habent pœna quadam affici; possunt enim (11) in odiosis & pœnalibus leges 11
circumstantiis probe adhibitis tam restringi, quam extendi. *vid. D. Frankius comment. ad ff. d. Legib. num. 46. &*
51. Quemadmodum etiam bina (12) sponsalia contra- 12
hens si posteriora rursus dissolvantur, pars nocens & arrham datam & expensas restituere tenetur, suamque quam dedit arrham, amittit, quam in consistorio exhibet; neque ei competit indebiti condictio, quia fraudulenter & dolose dedit *l. si ob turpem 8. ff. d. condict. ob turp.*
caus. & præterea (13) pœna prævaricatori arbitraria de- 13
cernitur: *Avthent. hodie C. d. repud. Ordinat. Ecclesiast. Sax.*
Elect. tit. von Ehesachen atque ita (14) rescriptum esse in 14
ann. 1636. notat. *D. Carpzov. lib. 2. Jurispr. Consistor. tit. 4. def. 64. num. 16.* ibi. Wenn ihnen denn darneben eine Strafe, als ihr vier gute Schock nebens dem doppel Ducaten, uns heim gefallenen Mahlschatzes, Ihme aber zwey gute Schock wegen des von ihnen gegebenen Aergernüß auferleget worden, Sie aber solche noch zur Zeit nicht eingeschicket; Als ist an statt seiner Churfürstl. Durchl. unser Begehr, Ihr wollet alsobald nach Verlesung dieses bey dem Raht die Verordnung thun, solche verwirckte Straffe und Mahlschatz von ihnen unseumlich einzubringen, und uns anhero versiegelt zu überschicken. rc.

THESIS XXX.

SUMMARIA.

1. *Probatur annulum pronubum esse datum per confessionem.*
2. *Non refert, absente vel præsente parte fiat.*
3. *Cum distinctione tamen.*
4. *Probatur per literas.*

5. *Per testes.*
6. *Vnius dictum non sufficit.*
7. *Proxenetæ pro matrimonio non simpliciter repelluntur.*
8. *Plenissima & semiplena fides raro ipsis tribuitur.*
9. *Requiruntur perfectæ probationes.*
10. *Conjecturæ non sufficiunt.*
11. *Demosthenis dictum allegatur.*
12. *Clandestinitas per se aliquid ex opinione sinistra adhærens habet.*
13. *Contra contractum clam initum militat suspicio fraudis.*
14. *Rem sanctissimam in angulo tractari non est ferendum.*
15. *Datus annulus pro matrimonio non inducit præsumptionem.*
16. *Statuunt nonnulli annulum immissum mulieri esse signum pro matrimonio.*
17. *Signum æquivocum, qualis est annulus, nihil præcise probat.*
18. *Ad proverbium respondetur.*
19. *Si circumstantiæ concurrant annulus præsumtive probat.*
20. *Vt Juramentum possit imponi.*
21. *Præsertim si stuprata ostendat annulum, fidemque sibi de matrimonio datam asserat.*
22. *Magis pro matrimonio, quam contra illud pronunciandum est.*

Probatur annulum esse pronubum, hoc est, in fidem
1 matrimonii datum per (1) *Confessionem.* Quæ probatio dicitur plenissima, nullaque est ipsa melior *l. unic. C.*
2 *d. confess. l. 13. C. d. non numer. pec.* Et in Consistoriis (2) nostris nihil refert absente num præsente parte fiat confessio. *Heig. q. 22. num. 42.* Vbi tamen *distinguendum*
3 est, (3) num personæ, quæ matrimonium contractum fa-

rentes, vel non. *Priori* casu sponsaliorum celebratorum signum non erit annulus, nisi parentes consenserint, vid. *Thes. XV. & seqq. Posteriori*, contrahentes clandestina licet se habuisse fateantur sponsalia, confirmatur tamen matrimonium. *Mascard. d. probat. conclus. 1031. num. 2.* 4
Item per (4) *Literas*, vid. *Thes. XXVI.* & per *Testes* (5); 5
inque duorum vel trium ore stabit verum *Deut. 17. & 19.*
Neque testis unius dictum sufficiet (6) *l. jurisjurandi D.* 6
d. Jurejur. Proxenetæ tam (7) pro matrimanio, quam 7
contra admittuntur, neque simpliciter repelluntur; qualis autem & quanta fides ipsis sit adhibenda, judicis arbitrio relinquitur. *Farinac. de testib. quæst. 60. num. 44.* plenissimam & semiplenam fidem ipsis raro tribuunt DD.
ita ut testes (8) omni exceptione majores haud sint, 8
D. Carpzov. Jurispr. Consistor. lib. 3. tit. 3. defin. 43. Hic
requiruntur perfectæ (9) & luce, quod ajunt, meridia- 9
na clariores probationes, vid. *Schrad. d. fraud. part. 2.*
part. 9. sect. 13. num. 131. Neque meræ *conjecturæ* (10) 10
sufficiunt; actus quippe iste, ubi de matrimonio ineundo tractatur, talis non est, ut occulte geratur, vel cui non possint, vel non debeant adhiberi testes, nam, uti
Demosthenes (11) *in ænotor.* ait, neque in tali contractu 11
quisquam nullos testes adhibet, imo his de causis & nuptias celebramus, & maxime necessarios invitamus, quod non levis res agatur, sed vita sororum & filiarum alienæ fidei committatur, quæ ut in tuto collocetur, summa cu-
ra providemus. Imo habet clandestinitas (12) per se 12
aliquid ex opinione sinistra adhærens, multaque, quæ alias minus probantur, si manifeste fiant, excusatione digna creduntur *l. non existimo 54. ff. d. administr. tutor. l. quoties §. 4. ff. eod. tit. l. ult. ff. d. Rit. Nupt.* uti alias con-
tra contractum (13) clam initum militat præsumptio 13
fraudis & doli, *Tiraquell. tract. de utroque retract. in præ-*

 fat.

14 *fat. retract. convent. num. 13. & 14.* Ac rem (14) ſanctiſſimam & ad totius vitæ ſummam pertinentem clam ſemotis arbitris in angulo tractari & expediri, non videtur ferendum: cum multa doloſe ac fraudulenter, per clancularios ejusmodi congreſſus perpetrari queant, quæ præcavere boni & legislatoris *D. Carpzov. part. 4. conſt. 20.*
15 *def. 8.* Datus (15) ergo annulus pro matrimonio, vix inducit præſumptionem, magis enim cenſetur præcedens ad venerem & ad illicitum amorem, quam ad conjugalem *Pariſ. conſil. 59. num. 20. per gloſſ. & Bart. in c. 5. d. adult. vid. ſupr. Theſ. XIV.* Quamvis plurimi ſtatuant, ſolam immiſſionem & geſtationem annuli inducere præſumptionem pro Matrimónio, ut *Lapus allegat. 57. circ. fin. num. 16. verb. & licet annuli immiſſio &c.* dicat, quod annulus im-
16 miſſus (16) per virum mulieri ſit actus notus, & vulgare ſignum ad judicandum pro matrimonio, prout fumus arguat ignem; ita ut in proverbium abierit: **Iſt die Jungfer beringet, ſo iſt ſie gnug bedinget.** Verum ſignum
17 æquivocum, (17) qualis eſt annulus, nihil præciſe probat, imo ne quidem præſumptionem inducit *in præſentia 8. de probat.* quod cum aliis latius deducit *D. Stuck. conſil. 5.*
18 *num. 56. & ſeqq.* Ad allegatum (18) proverbium reſpondent JCti, illud præſumptive procedere in locis, ubi talis viget conſuetudo; ut quando juvenis tradit virgini annulum, præſumatur ſponſalia eſſe celebrata, ſeu promiſſum matrimonium, prout in Italia & Paduæ hoc obſervari refert *Menoch. tract. de præſumpt. lib. 3. pr. 2. num. 6.* contra quam conſuetudinem diſputat *Cypræ d. Sponſal.*
19 *c. 11. §. 5. num. 3.* Sin autem aliæ circumſtantiæ (19) concurrant, utpote quando tractatus de matrimonio contrahendo præceſſerunt, vel matrimonium eſſe promiſſum, ſemiplene, vel minus quam ſemiplene ſit probatum, ſive ſuſpicione pars rea ſit gravata, tunc aunulus præſumtive

tive probat. *Maſcard. d. probat. concluſ. 1023. num. 2. vol. 2.*
& ipſi juramentum purgatorium (20) injungi poteſt. *Be-* 20
ſold. part. 3. conſil. 140. D. Habn. in Obſervat. ad Weſenbec.
tit. d. Sponſal. num. 5. præſertim ſi ſtuprata (21) oſtendat 21
annulum a ſtupratore datum, fidemque ſibi de matrimo-
nio eſſe datam aſſerat, deferendum erit jam dictum ju-
ramentum; cum præſumptio ſit contra ſtupratorem *Br.*
in l. 3. ff. d. jurejur. ſemper enim magis (22) pro matrimo- 22
nio, quam contra illud eſt præſumendum *Carpzov. pract.*
crimin. part. 2. qu. 68. num. 97. ſiquidem actus dubius ita
eſt interpretandus, ne ex eo reſultet delictum *l. merito*
ff. pro ſocio.

THESIS XXXI.

SVMMARIA.

1. *Caſus proponitur.*
2. *Actrice promiſſionem matrimonii non probante, reus abſolvitur.*
3. *Ex amatorio ſermone aliquid arguitur.*
4. *Quæ efficacia ſit oſculorum ſecundum Ariſtæneum.*
5. *Amantes non præſumuntur inter ſe ſemper dixiſſe pater noſter.*
6. *Punitur reus conventus pœna arbitraria; ubi reſponſum inſeritur.*

Caſus eſt: (1) Pamphylus amat Lydiam, & quo ver- 1
ba cum ipſa eo commodius conferre poſſit, virginis
parentes comiter obſervat, honorisque cauſa iſtos ſæpi-
us viſitat, ut cum virgine confabulandi, præſertim cum
abſint, detur occaſio. Parentes reverſi etſi ſæpius *Pam-*
phylum cum *Lydia* inveniant, converſationem tamen
iſtam ægre haud ferunt, ſibi forſitan perſuadentes, po-

litum istum juvenem brevi fore suum generum. Amore indies crescente, munera affectionisque signa sequuntur, interque talia etiam est annulus pretiosus rarique artificii; fit autem nescio quid, quod amatoris animus mutetur; nimia conversatio intermittatur, imo *Pamphylus* cum *Pamponio* contrahat sponsalia. *Lydia* amore *Pamphyli* penitus inflammata, & amorem & fidem urget, imo promissionem sibi esse factam connubii, palam affirmat, ostendens annulum, quem ait esse pronubum, seu arrhæ loco datum. Quæritur quid statuendum? Et Resp.
2 ni quid actrix (2) probare possit, promissionem matrimonii præcessisse, reum esse absolvendum; per ea, quæ Thesi præcedenti & supra dicta sunt. Quoniam autem ex ama-
3 torio sermone literisque ultro citroque missis aliquid (3) arguitur *arg. l. fin. ff. d. Sponsal. & l. 5. ff. d. Rit. Nupt.* & dum oscula figunt amantes, signum putantur unionis;
4 nam ut *Aristæneus lib. 2. epist. 19.* de osculis, (4) quæ amantes invicem mutant, ait, non amotis solum pectoribus, sed ipsis etiam animis per conjuncta oscula; hoc enim osculum potest, hoc petit; festinant invicem ad se animæ per ora, concurruntque circumlabia, fitque ibi coitus animarum dulcissimus *D. Romanus differt. d. oscul. th. 3.* Fit sæpe, ut homines aliquid sinistri, neque munera simplicis affectionis ergo data esse judicent, aut a-
5 mantes (5) inter se semper dixisse pater noster præsumant, (uti Baldus loquitur,) & propterea virgo maculam quandam famæ contraxisse videatur, cui ansam amicabili conversatione dedit iste Pamphylus, reus conventus de jure non repetit annulum aliaqua munera, quæ penes ac-
6 cipientem manent. Punitur (6) tamen a Magistratu pœna pecuniaria, prout pronunciatum memini a Dnn. Consistorialibus in Imperiali Nordhusa anno 1655. Uff erhobene Klage, Summarische angestalte Verhör

und

und gethane Antwort in Ehe- und Verlöbnüs-Sachen M. M. vor sich und wegen seiner Tochter Maril. Kläger an einem; gegen und wider S. N. Beklagten am andern Theil geben EE. Rathe der H. Reichs-Stadt Nordhausen wir zum Consistorio Verordnete den Bescheid, weil Beklagter die angegebene Ehe und Verlöbnüs, wie dieselbe von Klägern vorbracht, in allen Puncten mit Nein sagen beantwortet, und Er derselben nicht geständig seyn wollen, Kläger auch dagegen den Inhalt seiner Klage, wie dieselbe vorbracht und in facto negiret worden, zu beweisen sich angemasset, mit den vorgestalten Zeugen aber nicht erhärtet, so wird Beklagter von der angestalten Klage zwar absolviret, und Ihm mit C. L. die anderweit vorhabende Ehe, vermittelst üblicher proclamation und copulation, zu vollziehen verstattet, weil aber Kläger dabey so viel bescheiniget, und Beklagter dessen nicht in Abrede seyn können, daß er bey Klägern vielfältig aus- und eingangen, bey dessen Tochter eine und andere Freundschafft gesuchet, mit ihr den Ring gewechselt, ihr Schue verehret, und also die Dirne darüber in ein Geschrey und Beschimpffung gebracht, so ist Er, daß Er von Ihr anders nichts als liebes und gutes wisse, auch sie vor ein ehrliches Mensch hielte, sich offentlich zu declariren schuldig, und wird darüber gestalten Sachen nach in 20. Rthlr. Straffe verdammet. Uhrkundl. 2c.

THESIS XXXII.

SUMMARIA.

1. *Annulus & quæ arrhæ nomine data sunt, de Jure Civili sunt restituenda.*
2. *Hodie contrarium observatur.*
3. *Donatione perfecta Jus statim donatario quæritur.*

4. *Arrba in jure dicitur dari.*
5. *Dare est Dominium transferre.*
6. *Dispositioni d. l. 3. per contrariam observantiam est derogatum.*
7. *Consuetudo dicitur imitari legem.*
8. *Responsum ex D. Carpzovio.*
9. *D. Habnii distinctio.*
10. *JCtorum Helmstadiensium Responsum.*
11. *Dicta l. 3. iudistincte loquitur.*
12. *Si Annulus penes accipientem pereat, cujus sit periculum?*
13. *Num Filius Patri succedens in communem hæreditatem Annulum & Arrbam conferre debeat? N.*
14. *Nisi de Patris voluntate aliter constet, vel consuetudine aliter sit introductum.*

Tandem notetur; quamvis Annulus Pronubus, atque
1 ea quæ arrhæ nomine data sint, nuptiis secutis (1) de Jure Civili sint restituenda *arg. l. 3. C. d. Sponsal.* Ho-
2 die tamen in plerisque Germaniæ ditionibus (2) vulgo contrarium observari teste *Laimann. in Theol. Moral. lib. 5. tr. 10. part. 1. c. 1. num. 5.* ita ut accipientis maneant. *Christinæ vol. decis. 127. num. 12.* Licet nuptiæ non sequantur; puta quando verbi gratia sponsa ante nuptias moritur, sponsus data non repetit; quoniam ea, quæ hodie ipso sponsaliorum die dantur, animo donandi fi-
3 unt. Donatione autem (3) perfecta, jus statim donatario i. e. dominium quæritur, *l. ultim. §. Lucius d. donation.* quod ei invito adimi non decet *l. id. quod nostrum 11. d. Reg. Jur. Gipban. p. 253.* nec quod semel placuit, displicere amplius potest, per jura vulgata. Et arrha, cujus spe-
4 cies est (4) Annulus noster, in jure nostro dari & data dicitur *l. 35. pr. ff. d. contrab. empt. & vendit. l. 11. §. 6.*
5 *action. empt. pr. Inst. d. empt. & vendit.* Dare (5) vero in hac

hac formula significat dominium transferre *§. 14. Instit. d. action. l. 75. §. fin. d. verb. obl.* Ut sic dispositioni *d. l. 3.* per contrariam (6) consuetudinem & observantiam derogatum sit; Consuetudo autem jus est, & perinde uti lex obtinet *§. 9. Instit. d. Jur. Natur. Gent. & Civil.* & imitari (7) dicitur legem *d. §. 9. l. fin. C. d. consuet.* Atque ita pronunciatum esse testatur (8) *D. Carpzov. part. 3. const. 19. def. 13.* Obwohl euer Bräutigam vor der Hochzeit verstorben ꝛc. So seyd ihr doch dasjenige, was ihr bey dem Verlöbnüß geschencket, oder zu dessen Ausrichtung aufgewendet, von seinen Freunden wieder zu fodern nicht berechtiget, inmassen denn auch Ihr hinwiederum dasjenige, so euch vom Bräutigam zum Ehe- und Mahlschatze beym Verlöbnüß verehret worden, seinen Freunden wieder auszuantworten, nicht angehalten werden möget V. R. W. Item definition. 14. So verbleiben Euch beydes die 17. Reichsthaler, welche euer verstorbener Bräutigam an statt des Ringes gegeben, billig, Equidem insignis JCtus *D. Habn. in Observat. ad Wesenbec. d. Sponsal. num. 5.* distinguit (9) inter sponsalia de futuro, & de præsenti; ita ut si sponsalia de futuro facta sint, & sponsus decesserit, restitutioni arrharum locus sit, posteriori casu non item; atque sic etiam in anno 1626. Goslariam Hieronymo Bethmann esse (10) pronunciatum ab amplissima Facultate Helmstadiensi refert ibi: Hat euer Sohn Martinus Bethmann ohngefehr vorm Jahre sich mit einer Jungfrauen, auf Einwilligung deroselben Freunden, und Anverwandten, ehelich verlobet und eingelassen, auch darauf unterschiedliche viele Stücke Goldes und Ringe aus euer als des Vaters Hand entlehnet, und dieselbigen jetzterwehnter seiner Braut auf Bekräfftigung der Ehe zugestellet, und seynd folgendes beyde Personen, so wohl Braut als Bräutigam, mit Tode abgangen, und also die Hochzeit nicht volnbracht,

6
7
8
9
10

volnbracht, weniger die Ehestifftung volnzogen worden. Ob denn wohl dahero sichs ansehen lässet, als wenn allhie *juxta l. 3. C. d. Sponsalib.* die restitutio arrharum, quæ sponsaliorum nomine datæ sunt, statt habe; Weil dannoch aus angeregtem Bericht nicht anders erscheinet, denn daß in gegenwärtigem Fall zwischen berührten beyden contrahenten nicht sponsalia de futuro (in quibus dicta lex 3. locum habet) sondern sponsalia de præsenti contrahiret, auch die letzt verstorbene Sponsa dazu, daß matrimonii consummatio ipsa, oder nuptiæ sive nuptiarum festivitas nicht erfolget, keine Ursach gegeben; So seyd ihr dasjenige, was euer Sohn Martinus seiner Braut auf die Ehe gegeben, von deroselben hinterlassenen Erben wieder abzufordern nicht befugt: Es wäre denn erweißlich, daß zwischen itzterwehnten beyden Personen nur sponsalia de futuro contrahiret, möchten alsdenn angeregte arrhæ wieder abgefordert werden, V. R. W. Verum si secundum
11 *d. l. 3.* est pronunciandum, (11) indistincte illud fieri debet, cum lex in genere loquatur, quod pluribus monstrat *D. Lauterbach. d. tr. th. 142. 143. 144. 145.* ubi aliorum objectionibus mascule satisfacit, quæ omnia huc transferre supervacaneum videtur. Ex prædictis constabit,
12 si annulus vel arrha apud accipientem pareat, (12) cujus sit periculum? Et cum res pereat suo Domino *l. 9. C. de pignor. act.* periculum accipientis erit, vid. tamen distinctionem apud *D. Lauterbach. l. c. th. 134.* Qui etiam *th. ult.* laudatissimi tractatus quæstionem: Num annu-
13 lum vel arrham filius patri succedens (13) in communem hæreditatem conferre teneatur, distinctione dirimit. Et *Fachineus 5. controvers. 82.* vult, donationem filio a Patre factam, ut uxorem nobiliorem aut ditiorem ducat & inveniat, non esse conferendam; quoniam simplex est donatio, proindeque jure simplicis donationis *regulariter*

conferri

conferri debet *l. 18. famil. hercisc. Brunner. d. collat. bonor. cap. 4. num. 823.* Et datio ista liberalitatis species est, & Pater spontaneo motu, non coactus, ex benevolo erga filium animo, donasse ejusmodi annulum præsumitur. Necessitatem enim subesse quis asserat? Cum etiam absque annulo matrimonium firmitudinem suam habere possit, neque sponsa tam munusculum, quam sincerum amatoris animum æstimatura sit; collatio ergo cessabit,
(14) *nisi* de voluntate patris expresse aliter constet, *vel.* 14
consuetudine alicujus loci aliter observetur, prout *Dominos* Lipsienses pronunciasse refert *D. Carpzov. p. 3. constit. 11. def. 12.* Annulus Pronubus pertinet ad Geradam, per *articul. 24. lib. 1.* Land-R. *verb.* Fingerlein, Armgeld, Weichbild *artic. 23. verb.* alle Fingerlein Vorspan &c. *D. Burch. Berlich. tract. d. Jur. Novercar. acquir. art. 7. sect. 1. num. 502.*

THESIS XXXIII. & Ultima.

SUMMARIA.

1. *Annulus Pronubus pro re admodum levi non est æstimandus.*
2. *Diabolus Spiritus est nocendi cupidissimus.*
3. *Notabilis historia narratur.*
4. *Legationes Dei permissu maleficæ peragunt.*
5. *Exemplum viri literati allegatur.*
6. *Prohibita est ejusmodi recuperatio valetudinis.*
7. *Superstitiosi homines aurum annulo pronubo abradunt, atque in epilepsia adhibent.*
8. *Aurum in se & sua substantia parum aut nihil præstat.*
9. *Aurum istud per inaugurationem sponsorum benedictionem non recipit.*

10. *Superſtitio eſt, mingere per annulum ad ſolvendam ligaturam.*
11. *Ligula iſta a cauſa ſupernaturali provenit.*
12. *Remedium iſtud carativum eſt, non præſervativum.*

Corollarii inſtar heic meminiſſe lubet: Annulum pro-
1 nubum pro re admodum levi (1) non eſſe æſtiman-
2 dum, aſt ſollicite aſſervandum; Diabolus (2) enim Spiritus eſt nocendi cupidiſſimus, & habet multos ac infinitos modos fallendi homines. Placet poſt *Kirchmannum d. lib. c. 18. ex Wilhelm. Malmesburienſi lib. 2. d. geſtis Regum Anglorum cap. 13. pag. 86.* de novo quodam marito, qui annulo hujusmodi male aſſervato, faſcinatus
3 „legitur, hiſtoriam adferre: Ut Romam (3) *ait*, rever-
„tar, ejusdem urbis civis ephebus ætate, locuples opi„bus, genere ſenatorio ſublimis, uxorem noviter duxe„rat, ſodalibus ſuis accerſitis convivium frequens parave„rat. Poſt cibum cum minutioribus poculis hilaritatem „invitaſſent, in campum prodeunt, ut oneratos dapibus „ſtomachos vel ſaltu, vel jactu, vel aliquo exercitio atte„nuarent. Ipſe Rex convivii, ludi ſignifer, pilam po„poſcit, interim annulum ſponſalitium digito extento „ſtatuæ æreæ, quæ proxime adſtabat, impoſuit. Sed „cum bene omnes ſolum impeterent, ſuſpirioſus extis „incaleſcentibus, primus ſe a luſu removit, annulum re„petens, invenit ſtatuæ digitum usque ad volam curva„tum. Diu ibi luctatus, quod nec annulum ejicere, „nec digitum valeret frangere, tacite diſceſſit, re ſodali„bus celata, ne vel præſentem viderent, vel abſentem „annulo privarent. Ita nocte intempeſta cum famulis „rediens, digitum iterum extentum & annulum ſubre„ptum miratus eſt. Diſſimulato damno novæ nuptæ

blan-

„blanditiis delinitus eſt. Cumque hora cubandi veniſ-
„ſet, ſeque juxta uxorem collocaſſet, ſenſit quiddam
„nebuloſum & denſum inter ſe & illam voluntati, quod
„poſſet ſentiri, nec poſſet videri, hoc obſtaculo ab amplexu
„prohibitus, vocem etiam audivit: Mecum concumbe:
„quia hodie me deſponſaſti. Ego ſum Venus, cujus di-
„gito appoſuiſti annulum, habeo illum, nec reddam.
„Territus ille tanto prodigio, nihil referre auſus eſt, nec
„potuit: inſomnem illam noctem duxit, tacito judicio
„rem examinans. Elapſum eſt in hoc multum tempus,
„ut quacunque ille hora gremio vellet conjugis incum-
„bere, illud idem ſentiret & audiret: alias ſane valens,
„& domi aptus & militiæ. Tandem querelis uxoris
„commonitus, rem parentibus detulit. Illi habito con-
„ſilio, Palumbo cuidam, ſuburbano presbytero, negoti-
„um pandunt. Erat is necromenticis artibus inſtructus,
„magicas excitare figuras, dæmones territare, & ad quod-
„libet officium impellere. Pactus ergo grande merci-
„monium, ut ſi amantes conjungeret, multo ære fulci-
„ret marſupium, in omne ſe ingenium novis artibus
„excitavit, compoſitamque epiſtolam juveni dedit: Va-
„de, inquiens, illa hora noctis in compitum, ubi ſe fin-
„dit in quadrivium, & ſtans tacite conſidera; tranſient
„figuræ hominum utriusque ſexus, omnis ætatis, omnis
„gradus, omnis poſtremo conditionis, quidam equites,
„quidam pedites, alii vultum in terram dejecti, alii tu-
„mido ſupercilio elati, & prorſus quicquid ad lætitiam
„vel triſtitiam pertinet, in eorum videbis & vultibus & ge-
„ſtibus: nullum eorum compellabis, etſi loquantur te-
„cum, ſequetur illam turbam quidam reliquis ſtatura
„procerior, forma corpulentior, curru ſedens: huic ta-

„citus epiſtolam trades legendam; fiet e veſtigio, quod „voles. Fac tantum præſenti animo ſis. Aggreditur il„le iter præceptum, & nocte ſub divo aſtans, fidem „dictorum bresbyteri viſu explorat. Nihil enim fuit, „quod minus promiſſis deſideraret. Inter ceteros quo„que tranſeuntes vidit mulierem ornatu meretricio „mulam inequitantem: crinis ſolutus humeris involita„bat, quem vitta aurea ſuperne conſtrinxerat: in ma„nibus aurea virga, qua equitaturam regebat, ipſa „pro tenuitate veſtium pene nuda, geſtus impudicos „exſequebatur. Quid plura? ultimus, qui dominus „videbatur, oculos terribiles in juvenem exacuens, „ab axe ſuperbo ſmaragdis & unionibus compoſito cau„ſas adventus exquirit. Nihil ille contra, ſed protenta „manu porrigit epiſtolam. Dæmon notum ſigillum „non auſus contemnere, legit ſcriptum, moxque „brachiis in cœlum elatis: Deus, inquit, omnipo„tens, in cujus conſpectu omne peccatum eſt fœtor, „quamdiu pateris nequitias Palumbi presbyteri? nec mo„ra, ſatellites a latere ſuo miſit Diabolus, qui annulum „extorquerent a Venere, illa multum tergiverſata, vix „tandem reddidit. Ita juvenis voti compos ſine obſta„culis potitus eſt diu ſuſpiratis amoribus. Sed Palum„bus, ubi Dæmonis ad Deum de ſe clamorem audivit, „finem dierum ſibi præſignari intellexit. Quocirca „omnibus membris ultro truncatis, miſerabili defun„ctus eſt pœnitentia; confeſſus Papæ coram populo „Romano inaudita flagitia. Addit Kircherus hæc accidiſſe „temporibus Gregorii VI. Pontificis. Et tantas nodatio-
4 nes, (4) ligationes ac incantationes permiſſu Altiſſimi Dei maleficas poſſe peragere, experientia proh! ſatis at-

teſtatur.

testatur. Ut unum adhuc ex *Paul Girlando tract. d.*
Sortil. quæst. 6. num. 15. exemplum viri egregie lite-
rati (5) recenseam; iste a saga quadam adeo fortiter 5
ligatus fuit, ut nulla arte Medica dissolvi posset, &
urgente uxore juvencula matrimonii separationem, non
sine dolore & verecundia consentiret. Antequam au-
tem hoc fieret, consuluit ipsi quidam senex, ut magum
quendam celebrem consuleret, qui etiam vocatus suis
artibus nodatum unica nocte solvit. Quo facto, mem-
brum virile cœpit erigere vultum (verba sunt præfati
Autoris) ac subito saliit, & apprehensa uxore, reddi-
dit debitum satis pingue cum maxima dulcedine & de-
lectatione, atque suscepit optimam utriusque sexus pro-
lem. Sed quid de hoc curandi modo judicandum? au-
diamus magnum Theologum Tubingensem *D. Theod.*
Thummium in tract. Theolog. d. Sagar. impietat. nocend.
imbec. &c. quæst. 7. in fin. Prohibita est (6) *inquit*, & 6
inexcusabilis hæc recuperandæ valetudinis ratio. Et
semper Dæmon lucrum aliquod sibi ex suis curationibus
venatur; semperque animæ, interdum etiam corpori
nocet: quia semper aliquid admiscet, quo fiduciam ho-
mo in ipsum profiteatur, vel quo eos a Deo ad creatu-
ras avertat, & a cœlestibus curis ad terrenas sordes, a
seriis ad nugatoria deducat, *vid. D. Conringii dissertat d.*
Incantatione. Et prout est humanarum mentium ludi-
brium, homines (7) superstitiosi aurum annulo pronu- 7
bo abradunt, atque in morbo epileptico istud, imo
corollam nuptialem, quam gestavit sponsus, adhibent.
Verum quemadmodum aurum (8) in se & sua sub- 8
stantia in ejusmodi morbis parum aut nihil præstat, ita
prærogativam quandam aurum annuli pronubi sibi præ

alio non vendicabat; annulus enim ſive ſit aureus, ſive argenteus, ſignum tantum eſt conjugalis amoris, neque
9 per inaugurationem (9) ſponſorum benedictionem re-
10 cipit illud aurum. Mera itidem ſuperſtitio eſt (10) quando ſponſus ad ſolvendam ligaturam, das Nöſtel verknüpffen, mingit per annulum pronubum, ligula iſta
11 (11) ex vi incantationis quadam, atque ſic a cauſa ſupernaturali provenit, quam mictio per annulum ex ſeſe ſolvere haud valebit. Sicuti quoque ajunt fieri, ſi ligatus urinam mittat in os lupi piſcis, huncque in fluvium quendam projicit, quapropter *Mizald. lib. 2. centur.*
12 *memorabil. ait.* Quod hoc remedium (12) per annulum ſit curativum, non autem præſervativum. De ejusmodi curationibus nervoſius diſſerat Medicus.

Hæc de Annulo Pronubo collegiſſe, ac bona mente evulgaſſe, ſufficiat.

SIT GLORIA DEO.

DE

DE

MODO AC USU COMPUTATIONIS GRADUUM DISSERTATIO.

QUAM ILLUSTRIS VIR DN. Z. P. A L. IN ALMA SALANA OLIM HABUIT, QUÆQUE BONO PUBLICO ITERUM EXCUSA EST.

Hujus materiæ tractationem utilissimam esse, nemo sanæ mentis negabit; itaque absque verborum ambage illam σὺν Θεῷ aggredior.

1. Computatio graduum nihil aliud est, quam numeratio, seu investigatio, quam late a se invicem personæ in CONSANGVINITATE & AFFINITATE distent.

2. CONSANGVINITAS est vinculum personarum ab eodem stipite provenientium, carnali propagatione contractum.

Hostiens. *in summa de consang. qu. 1. & ibid. CC. com.*
Ab aliis aliter definitur, vide Georg. Schultzen *in tr. de arb. consang. & affin.*
Vinculum dico occasione *l. non facile 4. §. cognationis 2. ff. de gradibus & affin.*
Ab eodem stipite, intellige propinquo, non remoto, quia provenientes ex eodem stipite remoto non sunt consanguinei; alioquin omnes homines, utpote ex eodem

eodem ſtipite Adamo & Eva provenientes, conſanguinei forent. Covarr. *de matrimon. lib. 1. c. 6. n. 1.*
Stipes eſt illa perſona, a qua cæteræ, de quarum conjunctione quæritur, proveniunt & originem ducunt. Breder. *in Inſt. de Nupt. rubr. de conſang.* Vocatur alias ſtemma & ſtirps a JCtis, quaſi origo, radix & progreſſio perſonarum ejusdem gentis. Val. Förſter. *de ſucceſſ. lib. 3. cap. 6. n. 13.*

3. Accipitur hic pro iis perſonis, quæ revera inter ſe ſanguine legitime vel illegitime, quoto etiam gradu diſtent, junctæ ſunt.

Non pro adoptivis & cæteris cognatis, de quibus impræſentiarum nihil dicam; quod in veſtibulo ſtatim diſputationis præmonendum eſſe, omnino duxi neceſſarium.

4. Dicitur a con, quo eſt cum, & ſanguine; quaſi ſanguinis unitas.

5. Proponitur LINEIS & GRADIBUS.

6. LINEA eſt collectio earum perſonarum, quæ inter ſe conſanguineæ ſunt, gradus continens & numeros diſcernens. A quibusdam deſcribitur, quod ſit ſeries cognatorum & ordo, quo ſtemmata cognitionis dignoſcuntur, & via, qua quoto gradu, quæque perſona ſit, oſtenditur. *l. 1. & ſeq. l. pen. & ult. ff. de grad. & affin.* Ambr. Schür. *in ſuo tr. de grad conſang. & affin. loc. 5.* ubi plures, quam duodecim lineæ definitiones facile inveniri poſſe, atteſtatur. Homonymiam lineæ vide apud Val. Förſt. *de ſucceſſ. lib. 3. c. 6. n. 14. & ſeqq.*

Per lineam hic intelligo ſeriem conſanguineorum, ſecutus uſum hodiernum, & Paulum *in l. ſtemma 9. ff. de grad. & affin. & l. JCtus 10. §. ſunt & ex 8. ff. eod.*

A Ga-

A Gajo vocatur ordo in *l. 1. ff. d. tit.* quam appellationem Græci interpretes in ll. prædictis Pauli retinuerunt, rejecta lineæ dictione, advertente Val. Först. *in d. tr. de succeſſ. lib. 3. c. 6. n. 19.* A Juſtiniano appellatur gradus, in *fin. princ. Nov. 118.*

7. Diſtinguitur in rectam & obliquam.

Hæc alias transverſa & collateralis; illa perpendicularis dicitur.

8. Recta linea eſt, in qua ab una perſona, de cujus cognatione quæritur, ad alteram recta vel deſcendimus, vel aſcendimus.

Georg. Schultze *in d. tr. c. 1. n. 22.*

9. Eſtque vel deſcendens, vel aſcendens.

Hæc ſuperior; illa inferior nominatur *in pr. Inſt. de grad. cognat. in l. 1. in pr. & l. ſtemmata. 9. ff. eod.*

10 Deſcendens eſt, quæ deorſum verſus, recta tendit, & in qua recta deſcendimus a perſona generante ad perſonam generatam.

Ut a patre & matre ad filium & filiam, inde & ad nepotem & neptem, pronepotem proneptem &c. Georg. Schultze d. l. n. 25.

11. Aſcendens eſt, quæ ſurſum verſus recta tendit, & in qua recta aſcendimus a perſona generata ad perſonam generantem.

Ut a filio & filia ad patrem & matrem, inde ad avum, aviam, proavum, proaviam &c. Georg. Schultze *d. l. n. 24.*

12. Obliqua linea eſt, quæ non recta deorſum vel ſurſum, ſed oblique tendit, & in qua ab una perſona, cujus cognatione quæritur, ad ſtipitem communem aſcendimus, & ab eodem in altero latere, rurſus ad perſonam alteram deſcendimus.

per *l. fin. §. quinto gradu, 16. verſ. ideo autem ibidemque* Gothofr. Sic ſi quæratur, quoto gradu inter ſe diſtent fratres; a fratre aſcenditur ad communem ſtipitem, nempe patrem, & ab illo rurſus ad alterum fratrem deſcenditur.

13. Eſtque vel æqualis, vel inæqualis.

14. Æqualis eſt, in qua perſonæ, de quarum cognatione quæritur, pari gradu a communi ſtipite diſtant.

Ut duo fratres ſunt in linea collaterali æquali, quia uterque æqualiter & pariter a communi ſtipite diſtat.

15. Inæqualis eſt, in qua una perſona, de quarum cognatione quæritur, ſtipite communi propior, altera vero illi remotior eſt.

Ut frater & fratris filius. Frater ſtipiti cummuni, nempe parenti ſuo propior eſt fratris filio, fratris vero filius remotior.

16. GRADUS eſt diſtantia unius perſonæ, ab alia per generationem facta.

Val. Guil. Forſt. *in tr. Inſt. lib. 3. diſp. 15. quæſt. 14.*

Definitur alias, quod ſit generatio perſonæ. Quam definitionem optimam eſſe judicat Borcholt *ad pr. Inſt. de grad. cognat. & in tr. de grad. pag. 5. 6. & 7.* cui reſiſtunt Förſterus *præd. l.* & alii ex hac ratione, quia generatio non ſit gradus, ſed generatio efficiat gradum; Efficiens autem non ſit genus effecti: Verum nimis rigidam hanc eſſe cenſuram, atque definitionem hancce recte intellectam tolerari poſſe, plane mihi perſuaſum habeo. Plures definitiones qui deſiderat, videat Val. Forſt. *de ſucceſſ. lib. 3. c. 26. & ſeqq.* Ambr. Schür. *in tr. ſuo de conſang. & affin. loco 5.*

17. Dicitur ad ſimilitudinem ſcalarum, ſive locorum proclivium, quos ita ingredimur, ut a proximo in proximum, id eſt in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus.

l. fin §. gradus. 10. ff. de grad. & affin.

18. Computantur gradus vel ſecundum jus Civile, vel ſecundum jus Canonicum.

19. Ad computationem Civilem duæ potiſſimum regulæ ab hodiernis traduntur JCtis.

20. Prima eſt: QVOT SUNT PERSONÆ CONNUMERATIS INTERMEDIIS, TOT SUNT GRADUS, DEMPTA UNA, VEL DEMPTO STIPITE.

Hac unica regula veteres JCti non fuerunt contenti, ſed adhuc duas citra ullam adjecerunt neceſſitatem. Vide Val. Forſt. *in tr. lib. 3. c. 28. n. 3.*

21. Secunda eſt: QUOT SUNT GENERATIONES INTER PERSONAS, DE QUARUM CONSAN-

SANGUINITATE QUÆRITUR, TOT SUNT GRADVS.

§. hactenus 7. Inst. de grad cognat. ibi: semper persona generata gradum adjicit. Adde *l. fin. §. nam quoties. 9. in fin. ff. de grad. & affin.* ibi: *similiter enim accedentibus singulis crescit numerus.* Quod tamen ita intelligendum non est, ut si alicubi plures filii filiæve nascantur, quamque personam gradum adjicere putemus; sed totam illam primam generationem Patri in primo gradu esse, cum filiorum unus non distet remotius a Patre, quam alter, nec nepos unus, quam alter ab avo Georg. Schultze *in d. tr. c. 2. n. 11. in fine*

22. Quadrat quidem quoad effectum utraque id linea recta & obliqua, nihilominus tamen priore rejecta, posteriore utar.

Ratio est in promtu, quia (1) hæc ex ipsa natura desumpta, unde & merito sumi debuit; cum cognatio sit naturalis. (2) Quia est Justinianea, ut videre licet ex *§. 3. Inst. de grad.*

23. In linea recta si quæratur, quoto gradu pater distet ab abnepote, connumero generationes, ut pater genuit filium, filius nepotem, nepos pronepotem, pronepos abnepotem. Et dico: sunt quotuor generationes, ergo etiam quarto gradu distant. Si porro quæratur; quoto gradu filius distet ab abavo, iterum connumero generationes, ut: filium generavit pater, patrem avus, avum proavus, proavum abavus. Et dico: sunt quatuor generationes, ergo etiam tot gradus.

24. In linea obliqua si quæratur, quoto gradu Johannes distet a fratre suo, connumero generationes, ut: Johannem generavit pater, idem generavit fratrem Johannis. Et dico: sunt duæ generationes, ergo quoque duo gradus. Si porro quæratur, quoto gradu Johannes distet a fratris filio, iterum connumero generationes, ut: Johannem genuit pater, idem genuit fratrem Johannis, frater autem Johannis genuit filium. Et dico: sunt tres generationes, ergo etiam tertio gradu distant.

25. Ad computationem autem Canonicam communiter tres traduntur regulæ.

26. Prima in linea recta, id eſt: aſcendente & deſcendente: QVOT SUNT PERSONÆ, COMPUTATIS INTERMEDIIS, VNA DEMPTA, VEL DEMPTO STIPITE, TOT SVNT GRADVS.

27. Secunda in linea collaterali aequali: QVOTO GRADV VTRAQVE PERSONA, VEL ALTERA EARVM DISTAT A COMMVNI STIPITE, EODEM GRADV INTER SE DISTANT.

28. Tertia in linea collaterali inaequali: QVOTO GRADV REMOTIOR PERSONA DISTAT A COMMVNI STIPITE, EODEM GRADV INTER SE DISTANT.

29. Quibus tamen, cum mihi videantur cruces ingeniorum; non utar: quin potius jam ante a me poſitam regulam ſalvo alterius, rectus forſan ſentientis judicio, ſequar, ita tamen, ut in linea collaterali aequali & inaequali ſequenti modo limitetur.

30. In linea collaterali æquali: QUOT SUNT GENERATIONES AB UNA PERSONA EARUM, DE QUIBUS QUÆRITUR USQUE AD COMMUNEM STIPITEM, TOT SUNT GRADUS.

Sic ſi quaeratur, quoto gradu a me diſtet frater, tunc a me vel a fratre meo incipio, tendoque ad communem ſtipitem, nempe patrem, & dico: me genuit pater, vel frater meus generatus eſt a patre meo. Eſt prima generatio, ergo etiam primus gradus. Nota: IN hac LINEA COLLATERALI ÆQUALI DUO GRADUS CIVILES UNUM GRADUM CANONICUM CONSTITUUNT. Quae enim perſonæ de Jure Civili ſunt in ſecundo gradu, eae de Jure Canonico ſunt in primo; quae de Jure Civili in quarto, eae de canonico in ſecundo; quae de Civili in ſexto, eae de Canonico Jure in tertio, & ſic deinceps.

31. In linea collaterali inaequali: QUOT SUNT GENERATIONES A PERSONA, DE QUA QUÆRITUR,

RITUR, REMOTIORI USQUE AD COMMUNEM STIPITEM, TOT SUNT GRADUS.

Sic si quaeratur, quoto gradu ego distem a fratris mei filio, mox incipio a Persona remotiori, nempe a fratris mei filio, tendoque ad stipitem communem, & dico: fratris mei filius generatus est a fratre meo, frater meus a patre meo. Est secunda generatio, ergo etiam secundo distamus gradu.

32. Hucusque de CONSANGUINITATE: Nunc dicemus de AFFINITATE.

33. AFFINITAS secundum Jus Civile est proximitas personarum, ex justis nuptiis proveniens.

Georg. Schultze *in d. tr. cap. 7. n.* & ante illum alii. Nam ex interdictis & illicitis nuptiis non contrahitur. *l. non facile 4. §. sciendum. 8. ff. de grad. & affin.*

34. Secundum jus Canonicum vero est proximitas personarum, ex quocunque coitu proveniens, omni carens parentela.

Vult. *ad pr. Inst. de nupt. n. 50. vers. Jus Pontificiorum. Wesenb. in parat. ff. d. gr. d. n. 17. vers. etsi autem.* Ambr. Schür. *in tr. de grad. consang. & affin. loc. 11.*

Ex quocunque coitu (aeque enim fit caro duorum una per fornicationem, ac per nuptias *1. Cor. 6. v. 16.*

Omni carens parentela) videlicet per se & de jure; alias per accidens affinitas cum consanguinitate concurrere potest, ut probat incestus Lothi inebriati cum filiabus.

35. Dicitur affinitas, quasi finium unitas. Duae enim cognationes, quae diversae inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis fines accedit.

d. l. non facile. §. affines. ff. de grad. & affin.

36. Vetustas tria affinitatis genera constituit, quorum in jure Canonico aliquoties fit mentio (copula contrahitur.)

37. Primum genus est, quod per personam adjunctam carnis v. g. Frater meus ducit Annam, haec mihi & omnibus consanguineis meis est in primo genere affinitatis.

38. Secundum est, quod per personam primo generi additam, copula carnali interveniente, contrahitur.

v. g. uxor fratris mei est mihi in primo genere affinitatis, si

ſi mortuo fratre, nubit Titio, tunc Titius additur primo generi, & eſt mihi in ſecundo genere affinitatis.

39. Tertium eſt, quod per perſonam ſecundo generi additam, copula carnali interveniente, conſtituitur.

v. g. uxor fratris mei, mortuo fratre, nubit Titio, Titius mortua uxore defuncti fratris mei, ducit Saram, haec additur ſecundo generi affinitatis, ideoque mihi in tertio genere affinitatis eſt.

40. Hinc regula: PERSONA ADDITA PERSONÆ MUTAT GENUS ATTINENTIÆ, AT NON GRADUM.

Quam ſic milita: Perſona addita perſonae per carnis copulam, mutat genus attinentiae, ſed non gradum: Perſona vero addita perſonae per progeniem, mutat gradum & non genus v. g. Frater uxoris meae mihi eſt in primo gradu affinitatis, ſi generat filium, tunc filius ejus mihi quidem in primo genere affinitatis eſt; at in ſecundo gradu. ſi filius iſte ſibi etiam generat filium, tunc filius iſte mihi quidem in primo genere affinitatis eſt, ſed in tertio gradu,

41. Affines autem proprie inter ſe ſunt, conſanguinei mariti & uxor, & contra conſanguinei uxoris & maritus, non vero invicem mariti conſanguinei & uxoris conſanguinei; quod ſequens oſtendit ſchema.

Hi inter

Hi inter ſe non ſunt affines.

Paul. Petr.
Hi nes
in affi
Joh. ter ſunt Joh.
ſe
ter ſunt
Petr. in affi Paul.
Hi nes
Joh. Jacob maritus Annæ Carol.
Hi nes
Petr. in affi Anna.
ter ſunt
ſe
Anna ter ſunt Frieder.
in affi
Hi nes
Jacob Maria.

Hi inter ſe non ſunt affines.

Hinc maritus & uxor proprie affines non ſunt, ſed potius principium & cauſa efficiens affinitatis. *arg. l. affinitatis. 7. ubi Gl. & Dd. communiter. C. communia de ſucceſſ. l. unica. C. unde vir & uxor.* tam etſi improprie & large affines dici poſſint. *l. non ideo 5. C. de hered. inſtit. l. 8. de condict. cauſa data. ibique* Gothofr.

42. Suntque vel Deſcendentes, vel Aſcendentes, vel Collaterales.

43. Et iterum vel primi, vel ſecundi ordinis, quod hic recenſere nolo, ne nimis in longum excreſcat diſputatio.

Prolixe de his ordinibus agit Georg. Schultze *in citato tr. c. 7. n. 19. 20. 21. & ſeqq.* quo lectorem remitto.

44. Habentque gradus.

Attamen non proprie; ratio eſt, quia inter affines nulla eſt generatio. Affinis enim ab affinibus non gignuntur, ut conſanguinei a conſanguineis, ſed matrimonio fiunt. Hoenon. *diſq. ff. 6. th. 5. lit. E.*

45. QUO-

45. QUOTO enim GRADU CONSANGUINEI MARITI, SUNT IPSI MARITO JURE CONSANGUINITATIS, EODEM GRADU SUNT UXORI JURE AFFINITATIS ET E CONTRA: QUOTO GRADU CONSANGUINEI UXORIS SUNT IPSI UXORI JURE CONSANGUINITATIS, EODEM GRADU SUNT MARITO JURE AFFINITATIS.

c. porro. 35. p. 5. Ord. matrim. Elect. Johan. Georg. Sax. de anno. 1624. rubr. Der ander Punct. §. Zum dritten. *p. 10. ibi.* So nahe als der verstorbene Ehegatte seinen eigenen Bluts-Freunden zugethan, so nahe ist auch demselben sein hinterlassener Ehegatte Schwägerschafft halben verwandt. v. g. Frater meus est mihi in primo gradu consanguinitatis secundum computationem Canonicam conjunctus; ergo etiam uxori meæ in primo gradu affinitatis: & e contra uxoris meæ soror est uxori meæ in primo gradu consanguinitatis juncta. Ergo etiam mihi in primo gradu affinitatis.

Fundamentum seu ratio hæc est, quia vir & uxor una caro sunt *Gen. 2. v. ult.* Vnde illud Germanicum: Mann und Weib seynd ein Leib. Quod tamen non ratione essentiæ intelligendum, sed respectu juris & effectus illius vinculi, quod per matrimonium inter virum & uxorem nectitur; *Bech. de jure connub. §. 2. 5. n. 1. Besold. in thes. pract. ad verb.* Ein Leib und zwo Seel.

46. Hucusque etiam de AFFINITATE.

47. Exposui hactenus computationem Canonicam & Civilem: Hinc jam non sine ansa dicere possem, quænam computatio melior, verior & convenientior? Verum relicta disceptatione ista theoretica utriusque magis usum, & quidem primo computationis Canonicæ, demonstrabo. Quod expediam dicendo DE GRADIBVS IN MATRIMONIO LICITIS, VEL ILLICITIS.

48. Et prius quidem de gradibus CONSANGVINITATIS.

49. I. In linea recta.

50. Inter

50. Inter aſcendentes & deſcendentes, hoc eſt inter parentes & liberos, matrimonium non eſt conceſſum, ſed in infinitum prohibitum.

Rationes dantur tres: Prima eſt, ne jus naturae & pudor frangatur, qui in matrimoniis inſpiciendus. Contra naturam & pudorem autem eſt, matrem vel filiam in uxorem ducere *l. adoptivus 14. §. serviles. 2. ſub fin. ff. de R. N.* Quod etiam nonnulla irrationabilia animalia innuunt, dum nefandos iſtos concubitus fugiunt & adverſantur, teſte Juſtiniano *Nov. 12. c. 1. verſ. qualia plurima.* Exempla reperies apud Borcholt. *in tr. de grad. p. 101. 102.* Secunda eſt, ne cognitionis nomina confundantur; ac frater paterque idem fiat, ejusdemque ſit uxor & mater: Borcholt. poſt alios *in tr. de grad. & c. c. 102. verſ. denique ideo.* Georg. Schultze *d. tr. c. 8. membr. 1. n. 9.*

Tertia eſt, ne ex diſcrepantium aetatum conjunctione nimium imbecilles partus edantur, ſi quidem parentum profecta jam ætas adoleſcentulorum matrimoniis haud pene convenit. Borcholt. *d. tr. p. 100.* & Georg. Schultze *d. tr. c. 8. membr. 1. n. 10.* Singulae ſane ſtringunt; ſed prima ratio, meo judicio, gravior eſt caeteris, & a jure quoque recepta. Et quidem.

51. Divino.

Levit. cap. 18. v. 7. Du ſolt deines Vaters und deiner Mutter Scham nicht blößen. Es iſt deine Mutter, darum ſolt du ihre Scham nicht blößen item *v. 10.* Du ſolt deines Sohnes, oder deiner Tochter Tochter Scham nicht blößen, (ratio adjicitur) denn es iſt deine Scham. Quae ratio cum locum habeat in pronepote & pronepte, abnepote, & abnepte, in atnepote & atnepte, imo in caeteris in infinitum, quidni etiam prohibitio? UBI enim EADEM RATIO, IBI QVOQUE IDEM JVS.

Obtinet etiam in avo & avia, proavo & proavia, abavo & abavia, atavo et atavia, imo in cæteris in infinitum juxta regulam: *Qui Gradus in Linea Deſcendentium ſunt prohibiti, illi etiam in linea aſcendentium ſunt prohibiti, et vice verſa: Qui gradus in linea aſcendentium ſunt prohibiti, illi et in linea deſcendentium ſunt prohibiti.*

52. Canonico.

pr. c. progeniem. 16. de consanguinitate. & seq. caus. 35. q. 2. & 3. ubi dicitur, quod eatenus se extendat prohibitio post generationem, quousque parentela cognosci possit. Item usque dum generatio cognoscatur, aut in memoria retineatur, id est, in infinitum. Joh. Andr. *inde clar. arb. cons.*

53. Civili.

per textum. Inst. §. 1. de nuptiis. ubi ita: Inter eas personas, quæ parentum liberorumve locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt: vel uti inter patrem & filiam, vel avum & neptem: vel matrem & filium, vel aviam & nepotem & usque in infinitum. Item *per l. nuptiæ. 53 ff. de. R. N.* ubi Cajus inquit: Nuptiæ consistere non possunt inter eas personas, quæ in numero parentum liberorumve sunt, sive proximi, sive ulterioris gradus sint, usque ad infinitum. Item *per l. fin. eod. & l. nemini 16. C. de nupt.*

54. Saxonico.

Gl. ordin. Landrecht *lib. 1. artic. 3. super verba*: Als die Heerschilde: *n. 7. v.* Unter diesen beyden Linien, id est, ascendentem & descendentem mag nimmer eine Ehe bestehen. *Ordin. matrim. Elect. Joh. Georg. Sax. de anno 1624. rubr.* Der ander Punct §. Erstlich *p. 8.* Die Personen, welche den Nahmen Vaters und Mutters, desgleichen der Kinder tragen, als Vater, Mutter; Groß-Vater, Groß-Mutter; und so fort. Item: Kindes-Kindes-Kinder, und so fort ꝛc. sollen sich mit einander in Ehegelöbniß nicht einlassen. *Constitut. prov. Elect. Sax. anno 1557. sub rubr.* die Ehe wird verboten. *tit.* Von der Bluts-Freundschafft *fol. 183. col. 2. sub fine.* Es wird keine Ehe zugelassen zwischen Kindern und Eltern, sie seynd nahe oder ferne einander verwand, und wann sie gleich tausend Glied von einander wären.

55. Marchico.

Quamvis in consuetudinibus Marchicis a Lamb. Distelmeyero collectis & *anno 1607.* a Joh. Scheplizio U. J. L. editis *p. 1. tit. 2.* darin von Ehefällen gehandelt wird, nihil explicite disponatur, colligitur tamen, dispositionem juris communis approbasse, cum illi expresse non contradixerint.

56. Si-

56. Sive sint ab eodem patre eademque matre sive ab altero eorum legitime vel illegitime nati.
l. adoptivus 14. §. serviles 2. ff. d. R. N. ibi ; Unde nec vulgo quæsitam filiam naturaliter ; potest uxorem ducere : (ratio additur) quoniam in contrahendis matrimoniis naturale jus & pudor inspiciendus est. Ex qua hæc fluit regula, quam in sequentibus probe obserua : *In matrimoniis contrahendis inter personas, siue sint ab utroque Parente simul, sive ab uno Parente tantum, vel legitime, vel illegitime sibi junctæ, eadem est prohibitio.*

57. II. in linea obliqua.

58. I. in gradu primo.

59. Inter fratrem & sororem matrimonium est prohibitum.

Ratio prohibitionis posita est in arctissima conjunctione, Nam frater & soror ex eodem parente provenientes, tam inter se conjuncti sunt, ut pene iidem esse videantur. Quemadmodum igitur nemo secum, ita frater & soror inter se matrimonium contrahere non possunt. Borch. *de grad. rubr. in quib. grad. matrim. perm. & prob. p. 108.* Deinde quoque sequeretur magna nimium cognationis confusio. Denique expedit Reipublicæ, amicitiam inter cives amplificari, & per exteras etiam provincias totius orbis diffundi. Georg. Schultze *d. tr. c. 7. n. 20.* Sunt & aliæ rationes, quas vide apud eos, quos refert Val. Guil. Forst. *in tr. de nupt. n. 7. p. 81.*

60. De jure Divino.
Levit. 18. v. 9. Du solt deiner Schwester Scham, die deines Vaters oder deiner Mutter Tochter ist, daheim oder draussen gebohren, nicht blössen. *Et cap. 20. vers. 17.* Wenn jemand seine Schwester nimmt, seines Vaters Tochter, oder seiner Mutter Tochter, und ihre Scham beschauet, und sie wieder seine Scham, das ist eine Blut-Schande, die sollen ausgerottet werden für den Leuthen ihres Volcks, denn er hat seiner Schwester Scham entblösset, er soll seine Missethat tragen *Deut. c. 27. v. 22.* Verflucht sey, wer bey seiner Schwester liegt, die seines Vaters oder seiner Mutter Tochter ist. Quemadmodum autem prohibetur frater ducere so-

rorem ſuam: ita & ſoror prohibetur nubere fratri ſuo; *Prohibitio* enim *perſonarum eſt reciproca.*

61. Canonico.

per c. non debet. X. de conſang. & affin. ubi matrimonium in quarto gradu incluſive prohibetur. Si igitur in quarto gradu, cur non multo magis in primo? Si in illo gradu, in quo minor prohibitionis eſt ratio, cur non multo magis in iſto, in quo major prohibitionis eſt ratio, a minori ad majus ducto argumento? Hinc regula? *Prohibito gradu remotiori ſimul prohibentur omnes propinquiores gradus.* Quæ locum habet primo in linea recta, ſecundo in linea obliqua, ſi gradus ejusdem ſunt ordinis, vel ſi non ſunt eiusdem ordinis; ut ſaltem a gradu remotiori ſecundi ordinis ad gradum propinquiorem, vel etiam æqualem primi ordinis argumentatio fiat. Fallit, qui a gradu remotiori primi ordinis ad gradum propinquiorem ſecundi ordinis argumentatur. Gradus enim primi ordinis ſub ſe comprehendunt perſonas, quæ ſibi invicem parentum liberorumve loco ſunt; gradus autem ſecundi ordinis ſecus.

62. Civili.

§. 2. Inſt. de nuptiis. his verbis: Sane inter fratrem ſororemque nuptiæ prohibitæ ſunt, ſive ab eodem patre eademque matre nati fuerint, ſive ab altero eorum. *Et libertinus 8. l. adoptivus. 4. §. ſerviles 2. l. & nihil. 54. ff. de. R. N. l. neminem. 17. C. de nupt. l. fin. C. de inceſt. nupt. l. ſi ſtipulor. 35. §. item quod 1. ff. de V. O.* ubi JCtus Paulus perpetuam prohibitionis cauſam & contra mores eſſe inquit, ſi ſororem nupturam ſibi aliquis ſtipuletur.

63. Saxonico.

Conſtit. Elect. Sax. anno 57. ibi: Bruder oder Schweſter ſich mit einander zu verehligen oder zu berühren, iſt von Göttlichen, natürlichen und allen Rechten und Geſätzen verbothen, ſie ſeynd voller oder halber Geburth, das iſt, von einem Vater und einer Mutter, oder allein von der beyden einem. *Ord. Eccl. Aug. Elect. Sax. anno 80. tit.* Welche Perſonen ſich in Ehegelöbniß mit einander einzulaſſen verbothen. *rubr.* Zum andern. *bis verbis:* wo ſie einander ſeitwarts im erſten

Grad

Grad verwand, als da ſeynd Brüder und Schweſter, dieſelbe ſollen mit der Verweiſung wegen der begangenen Blut-Schande, zugleich auch zur Staupen geſchlagen werden. *Ord. matr. Elect. Joh. Georg. Sax. de anno 1624. rubr.* Der ander Puuct. §. Zum andern *p. 8.*

64. Et Marchico.

De conſuet. Marcb. Diſtelm. p. 1. tit. 2. Von etlichen Ehefällen in Eheſachen. *§. 1.* Die Ehe in der Seitslinien in der Blut-Freundſchafft oder Schwägerſchafft, im dritten und wenigern Grad, gleicher oder ungleicher Linien, iſt verbothen. Si igitur tertius, quidni multo magis primus? vid. *num. 61.* Quod & verba wenigern Grad innuunt.

65. Sive ſunt ab eodem patre eademque matre, ſive ab altero eorum, vel legitime, vel illegitime nati.

Uti conſtabit *ex num. 56.*

66. 2. In gradu ſecundo.

67. Primo, inter patruum & fratris vel ſororis filiam, inter materteram & ſororis vel fratris filium, matrimonium eſt prohibitum.



Ratio eſt, ſibi invicem parentum liberorumve loco ſunt. *§. item amita. 5. Inſt. de nupt. l. ſororis 39. ff. de R. N. & ibi Dd. Conſt. provinc. Elect. Saxon. ſub rubr.* Die Ehe wird verbothen. *tit.* Von der Blut-Freundſchafft. *ibi:* Denn ſolche Perſonen an ſtatt unſer Vater und Mutter, Sohn und Tochter geachtet werden; licet ejusmodi perſonæ ex aſcendentium & deſcendentium numero lineæ rectæ non ſint. Idque eo, quia primo natura pater & filius eadem pene perſona eſſe intelliguntur. *l. ult. C. de impub. & al. ſubſt. & per l. cum ſcimus 22. §. 1. C. de agric. & ceſ.* Quemadmodum igitur inter fratres matrimonium eſt prohibitum; ita etiam inter patruum & fratris filiam. Secundo, quia fratres & ſorores una ſunt caro *Gen. 37. v. 22.* Jure itaque filii eorum reputantur cum illis, quaſi in linea recta. Et ſic, qui fratris & ſororis meæ filius, ille etiam filius meus eſt per citatam rationem. Hinc etiam Laban ad ſororis ſuæ filium dicit. *Gen. 24. v. 14.* os meum es, & caro mea.

 68. De

68. De Jure Diuino.

Levit. 18. v. 12. Du solst deines Vaters Schwester Scham nicht blössen, denn es ist deines Vaters nechste Blut-Freundin. *v. 13.* Du solt deiner Mutter Schwester Scham nicht blössen, denn es ist deiner Mutter nechste Blut-Freundin. *Et cap. 20. v. 19.* Deiner Mutter Schwester Scham und dei- Vaters Schwester Scham soltu nicht blössen, denn ein solcher hat seine nechste Blutfreundin aufgedackt.

69. Canonico.

per c. non debet. X. de consang. & affin. secundum ea, quæ dixi *sub num. 61.*

70. Civili.

§. fratris. 3. & §. item amitam. 5. Instit. de nupt. l. miles 11. l. si adulterium 38. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult. l. per adoptionem. 17. §. fin. l. adoptivus. 14 §. serviles 2. l. etiamsi 56. ff. de R. N. l. nomini 17. C. de nupt. l. ult. C. de incest. & inut. nupt. ubi copulatio cum sororis aut fratris filia scelestum contubernium & turpissimum consortium appellatur *l. 2. C. si nupt ex rescr. pet.* Imperator Zeno ejusmodi conjunctionem contagium, item nefandissimum scelus nominat.

71. Saxonico.

Const. prov. Elect. Sax. sub. rubr. Die Ehe wird verboten. *tit.* Von der Blut-Freundschafft §. Personen, so von wegen der Blut-Freundschafft in der seitwarts Linien hinauffwarts zu rechnen, zu ehelichen verboten. *ibi:* Der Sohn soll nicht nehmen hinaufwarts des Vaters noch der Mutter Schwester. item: die Tochter soll nicht nehmen des Vaters noch der Mutter Bruder. *junct.* §. Personen, so von wegen der Blut-Freundschafft in der seitwarts Linien hinunterwarts zu rechnen, zu ehelichen verboten. *ibi:* Der Bruder soll nicht nehmen hinabwarts des Bruders noch der Schwester Tochter. Item: Die Schwester soll nicht nehmen hinabwarts des Bruders Sohn, noch der Schwester Sohn. *fl. 186. col. 2. & seqq. Ordin. matrim. Elect. Joh. Georg. Sax. de anno. 1624. rubr.* Der ander Punct. §. Zum andern *pag. 8. & seq.*

72. Et Marchico.

per supra notata *num. 64.*

73. Sive

73. Sive ſint ab utroque latere, ſibi ab uno latere, vel legitime, vel illegitime ſibi junčti.

Eadem enim in his ſanguinis eſt ratio & prohibitio, quæ in illis.



74. Secundo, inter duorum fratrum liberos, qui proprie patrueles dicuntur, inter duarum ſororum liberos, qui conſobrini vocantur, inter fratris & ſororis liberos, qui amitini appellantur, matrimonium eſt prohibitum.

Ratio prohibitionis meo judicio hæc dari poteſt: quia inter ſe ſunt inſtar fratris & ſororis. Si enim patruus mihi parentis loco, utique mihi filius vel filia ex eo fratris & ſororis loco. Hinc etiam fratres & ſorores nominantur in ſacris literis ut *Chron. 24. v. 21.*

75. De jure Divino:

In veteri Teſtamento has nuptias non ſolum non improbatas, ſed & approbatas, imo mandatas fuiſſe, optime ex ſacris mihi conſtat. Factum autem illud eſt ex ſingulari ratione, & quidem mere ſorenſi, quæ ſolum Iſraelitas usque ad Chriſtum natum obſtringebat & obſtringere volebat; uti ex textibus Biblicis in ipſo conflictu demonſtrabo. Unde ſic argumentor: cujus ceſſat ratio, ejus & jus. Hodie poſt Chriſtum natum conſobrinorum nuptiarum conceſſionis ceſſat ratio. Ergo etiam hodie poſt Chriſtum natum conſobrinorum nuptiarum conceſſionis ceſſat jus.

76. Canonico.

per c. non debet. X. de conſang. & affin. ſecundum regulam poſitam ſub. *num. 61.*

77. Saxonico.

per Edictum Elect. Johann. Georg. Saxon. de anno 1625. Daß in ſeiner Fürſtl. Gn. Landen ſich niemand im andern Grad gleicher, und dritten Grad ungleicher Lienien ohne ſonderlichen Verlaub ehelichen, und verloben ſoll, *datum Dreſdæ* den *31. Maji.*

78. Et Marchico.

Per verba expreſſa *Conſuetud. Marchb. Diſtelmeieri*, quæ vide ſub *num. 64.*

79. Sive

79. Sive ſint ex utroque, ſive ex uno latere, vel legitime, vel illegitime ſibi juncti.

Cum, ut ſupra dictum, hic ſaltem jus ſanguinis, quod non minus ex uno, quam utroque latere naturaliter afficit & conjungit, conſideretur.

80. Conceſſum autem eſt tantum de jure Civili.

l. celebrandis 19. C. de nupt. his verbis: Matrimonium inter conſobrinos habeatur legitimum, ſive ex duobus fratribus, ſive ex duabus ſororibus, ſive ex fratre & ſororibus, ſive ex fratre & ſorore nati. §. *4. Inſt. eodem:* Duorum fratrum & ſororum liberi vel fratris & ſororis coniungi poſſunt. Jung. *l. ſi nepotem. 3. l. non ſolum 67. ff. de R. N. l. Lucius. 78. §. filia 8. ff. ad SC. Trebell. l. uter. 23. & ſeq. ff. de condit. inſtit. l. conditionis. 2. C. de inſtit. & ſubſtit.*

81. 3. In gradu tertio.

82. Primo inter fratem & fratris vel ſororis neptem, inter ſororem & fratris vel ſororis nepotem, matrimonium eſt prohibitum.

Ratio eſt, quia ſibi invicem parentum liberorumve loco ſunt, ut ſupra dictum *ſub num. 67.* quod & hic applicandum.

83. De Jure Divino.

Per textum Levit. 18. v. 12. & ſeq. cap. 20. v. 19. non quidem explicite, ſed implicite ob paritatem, imo majoritatem (ut loquar cum JCtis) rationis. Nam quo quisque ordine & loco prior, eo major ipſi reverentia debetur. Et naturæ quodam inſtinctu remotioribus parentibus major reverentia exhibetur, quam propinquis. Proinde licet propatruus aut avi frater uno gradu remotior ſit patruo, loco tamen & dignitate eſt ſuperior. *Beeh. de jure connub. p. 1. c. 11. 22.*

84. Canonico.

Per d. c. non debet. X. de conſang. & affin. ſecundum ea, quæ dixi *in fine num. 61.*

85. Civili.

Per verba expreſſa §. *fratris 3. & §. item amitam. 5. Inſtit. de nupt. l. per adoptionem. 17. §. fin. ff. de R. N. l. 17. C. de Nupt.*

86. Saxo-

86. Saxonico.

Constit. prov. Elect. Sax. sub tit. Die Ehe wird verbothen. *rubr.* Von der Blutfreundschafft. §. Personen, so von wegen der Blutfreundschafft in der seitwarts Linien hinaufwarts zu rechnen, zu ehelichen verbothen. *Ibi:* Der Sohn soll nicht nehmen hinaufwarts des Großvaters oder Großmutters Schwester. Item. die Tochter soll nicht nehmen hinaufwarts des Großvaters oder Großmutter Bruder. *Et §. seq.* Personen, so von wegen der Blutfreundschafft in der seitwarts Linien hinunterwarts zu rechnen, zu ehelichen verbothen *ibi:* Die Schwester soll nicht nehmen hinabwarts des Bruders Sohns Sohn, noch der Schwester Sohns Sohn. Item: noch des Bruders oder Schwester Tochter Sohn. *fol. 185.*

87. Et Marchico.

Per de Consuetud. March. Distelmeieri vi regulæ positæ *sub num. 61.*

88. Sive sint ex utroque, sive uno latere, vel legitime vel illegitime sibi juncti.

89. Secundo, inter fratris vel sororis filium, & fratris vel sororis neptem, inter fratris vel sororis filiam, & fratris vel sororis nepotem, matrimonium est prohibitum.

Ratio est, ut divinæ prohibitiones majori cura & reverentia serventur. Hinc circa tempora Augustini, ipso teste *lib. 5. de Civ. Dei. cap. 16.* ab his nuptiis abstinuerunt Christiani, & (ut cum illo loquar) factum licitum horruerunt ob vicinitatem illiciti.

90. De Jure Canonico.

Per d. non debet X. de cons. & affin. vid. *n. 61.*

91. Saxonico.

Ord. matrim. Elect. Joh. Georg. Saxon. de anno 1624. rubr. Der ander Punct. §. Zum andern: die Personen, welche seithalben einander im dritten Glied ungleicher Linien verwand seyn, sollen einander nicht ehelichen, als da seynd alle die Personen, so von einerley Eltern Vaters oder Mutters halben gebohren und herkommen, und von ihren gemeinen Eltern anzurechnen, die eines Kindes-Kindes Kind, die andere Kindes-Kind ist, und also nach der Person, von welcher sie ihren Ursprung haben,

ihr eins die andere und eins die dritte Person ist, und was auch einander näher verwand seyn mag, diese alle sollen sich in Ehegelöbniß nicht einlassen.

92. Et Marchico.

Per de Consuetud. March. Distelmeieri, cujus verba vide supra *sub num. 64.*

93. Sive sint ex utroque, sive uno latere, vel legitime, vel illegitime sibi juncti.

Quod patet ex jam supra alleg. *Ord. matr. Elect. Joh. Georg. Sax.* Bech. talem refert sententiæ formulam: Wo der Jungfrauen, so ihr zur Ehe begehrt, Großvater eures Vaters halber Bruder gewest, so könt ihr, vermöge geschriebner geistlichen Recht mit ihr keine Ehe besitzen. Da er aber eures Vaters Stieff-Bruder von Vater und Mutter, dadurch er denn euren Vater gantz und gar nicht zugethan, so möget ihr sie wohl ehlichen, V. R. W.

94. Concessum autem est de jure divino.

Cum nihil de hoc casu in sacris neque explicite, neque implicite prohibitum reperiatur.

95. Et Civili.

Arg. §. duorum 4. Inst. de nupt. l. celebrandis 9. C. eod. l. si nepotem 3. l. non solum. 67. ff. de R. N. l. Lucius. 38. §. filia. 8. ff. ad SC. Trebell. l. uter. 23. & seqq. ff. de condit. instit. l. conditionis. 2. C. de instit. & substit. Ratio est, quia sibi invicem nec parentum, nec liberorum loco sunt.

96. Tertio, inter duorum fratrum, vel duarum sororum; vel fratris & sororis nepotem & neptem matrimonium est prohibitum.

Ratio est, quia in his personis imago quædam est fratrum & sororum. Proavum enim ceu communem parentum habent, cujus respectu etiam quodammodo liberorum locum obtinent. Deinde, ut majori cura & reverentia divinæ prohibitiones serventur.

97. De Jure Canonico.

Per c. non debet. X. de conf. & affin.

98. Et Marchico.

Per

Per c. Consuet. Marcb. Distelmeieri, cujus verba vide supra *sub num. 64.*

99. Sive sint ex utroque, sive uno latere, vel legitime vel illegitime sibi juncti.

100. Concessum autem est de jure Divino, Civili & Saxonico.

101. In quarto gradu.

102. Primo inter fratrem & fratris vel sororis pronepotem, inter sororem & fratris vel sororis pronepotem matrimonium est prohibitum.

Rationem vide *sub num. 82.*

103. De Jure Divino.

Per rationem datam *sub num. 83.*

104. Canonico.

Per d. c. non debet X. de cons. & affin. vi regulæ positæ *sub num. 61.*

105. Civili.

Per verba expressa *l. 39. ff. de R. N.* quæ sic sonat: Sororis proneptem non possum ducere uxorem, (ratio adjicitur) quoniam parentis loco ei sum. Imo qui hoc facit, incestum committere dicitur *in §. 1. b. l.*

106. Saxonico.

Const. prov. Sax. sub tit. Die Ehe wird verbothen. *rubr.* von Blutfreundschaft §. Personen, so von wegen der Blutfreundschafft in der seitwarts Linien hinaufwarts zu rechnen, zu ehlichen verbothen *ibi:* Der Sohn soll nicht nehmen hinaufwarts des Großvaters Vaters Schwester, noch der Großmutter Mutter Schwester. Item: die Tochter soll nicht nehmen hinaufwarts des Großvaters Vaters Bruder, noch der Großmutter Mutter Bruder. *Et. §. seq.* Personen, so von wegen der Blutfreundschaft in der seitwarts Linien hinunterwarts zu rechnen, zu ehelichen verbothen. *Ibi:* die Schwester soll nicht nehmen hinabwarts des Bruders Sohns Sohns Sohn, noch der Schwester Sohns Sohns Sohn, noch des Bruders Tochter Tochter Sohn, noch der Schwester Tochter Tochter Sohn. *f. 185. & seq. Ord. matrim. Elect. Joh. Georg. Sax. de anno 1624. rubr.* Der ander Punct §. Zum andern.

 ibi:

Ibi: Wie auch niemand sich mit des Großvaters Vatern, oder Großmutter Mutter Geschwister, weil dieselben der Eltern statt halten, ehelichen noch verloben soll.

107. Et Marchico.

Quod in his a ceteris juribus non aberrabit.

108. Sive sint ex utroque, sive ex uno latere, vel legitime, vel illegitime sibi juncti.

109.  Secundo, inter fratris vel sororis filium, & fratris vel sororis proneptem, inter fratris vel sororis filiam, & fratris vel sororis pronepotem.

110.  Tertio, inter fratris vel sororis nepotem, & fratris vel sororis proneptem, inter fratris vel sororis neptem, & fratris vel sororis pronepotem.

111. Quarto, inter duorum fratrum, vel duarum sororum, vel sororis & fratris pronepotem & proneptem matrimonium est prohibitum tantum.

112. De jure Canonico.

Per de c. non debet X. de consang. & affin.

113. Non vero de jure Divino, Civili, Saxonico & Marchico.

114. 5. In quinto gradu.

115. Hi quinque occurrunt casus. De casu 2. 3. 4. & 5. nullum

1. 2. 3. 4. 5.

est dubium; Hisce enim nuptiæ de omni jure sunt licitæ. De primo autem casu disputatur.

116. Quidnam matrimonium illud concessum.

e quorum est numero Joh. Andr. *indecl. arb. consang.* Schneid. *de arb. Can. n. ult.* & Nic. Mozz. *de contr. matr. indeclar. col. 7. n. 17.*

117. Quidnam vero prohibitum esse asserunt:

è quorum numero non minimus Bech. *de jure Conn. c. 11. n. 23.* qui sequitur Hostiensem, adversariorumque argumenta refutat.

118. Ut

118. Utut sit; Ego has disceptationes ferme inutiles esse judico, cum in hoc seculo frater fratris sui abneptem haud videat, & concesso, quod videat, tamen non tot annos attinget, usque dum ipsa nubilis fiet ætatis. Nec spero, puellam cum tali elumbi decrepito matrimonium inituram esse.

119. Diximus huc usque de gradibus consanguinitatis. Nunc etiam dicendum erit de gradibus AFFINITATIS.

120 Ante omnia autem hæc regula generalis notanda venit: *In quibus gradibus nuptiæ prohibitæ sint, ratione consanguinitatis, in iisdem quoque prohibitæ sunt ratione affinitatis.*

C. 1. c. penult. X. de cons. & affin: can. de propinquis 3. can. & hoc can æqualiter 13. can. quædam lex. 20. causa 35. q. 2. Ord. matrim. Elect. Joh. Georg. Sax. de anno 1624. rubr. Der ander Punct §. Zum dritten *pag. 9. & seq.* Wie nun den Personen wegen der Blutfreundschaft sich in Ehegelöbnis einzulassen verboten; also sollen auch die, welche Schwägerschafft halben einander ebenmäßig verwand, sich in Ehegelöbniß nicht einlassen.

121. In linea recta perpendiculari.

122. Inter ascendentes & descendentes, sive primi, sive secundi ordinis, matrimonium in infinitum est prohibitum.

Ratio est, quia tales personæ sibi invicem parentum liberorumve loco sunt. Idque eo, quia vir & uxor una caro est. *Gen. 2. vers. ult.*

123. De jure Divino.

De socru, *Deuter. 27. v. 23.* Verflucht sey, wer bey seiner Schwieger liegt. Quæ pœna spiritualis non removet corporalem, uti ex *alleg. cap.* & ex iis, quæ mox insequentur, probari potest. Sub socru ob consecutionis necessitatem intellige prosocrum, absocrum, atsocrum &c. Item socerum, prosocerum, absocerum, atsocerum, & sic conseqenter, si necessitas postulat.

De Nuru, *Levit. 18. v. 15.* Du solt deiner Schnur Scham nicht blössen, denn es ist deines Sohnes Weib, darumb solt du ihre Scham nicht blössen. *Et cap. 20. v. 12.* Wenn jemand bey seiner Schnur schläfft, so sollen sie beyde des Todes sterben, denn sie haben eine Schande begangen, ihr Blut sey

auf ihnen. Sub qua comprehende pronurum, abnurum, atnurum &c. Item generum, progenerum, abgenerum, atgenerum, & sic deinceps. De Noverca, *Levit 18. v. 8.* Du solt deines Vaters Weibes Scham nicht blössen, denn es ist deines Vaters Scham. *Levit 20. v. 11.* Wenn jemand bey seines Vaters Weib schläfft, daß er seines Vaters Scham geblösset hat, die sollen beyde des Todes sterben. *Deut. 27. v. 20.* Verflucht sey, wer bey seines Vaters Weibe liegt, daß er aufdecke den Fittich seines Vaters. *Et Paul. 1. Cor. 5. v. 1.* Eine solche Hurerey, da auch die Heyden nicht von zu sagen wissen, daß einer seines Vaters Weib habe, hoc est novercam, uti apparet (*ex Levit. 18. v. 7. & 8.*) Sub qua intellige pronovercam, abnovercam, atnovercam &c. Item vitricum, provitricum, abvitricum &c.

De privigna & proprivigna, *Levit. 18. v. 7.* Du solt deines Weibes samt ihrer Tochter Scham nicht blössen, noch ihres Sohns Tochter oder Tochter Tochter nehmen, ihre Scham zu blössen, denn es ist ihre nechste Blutfreundin, und und ist ein Laster. Sub qua ulterius intellige abprivignam, atprivignam &c. Item privignum, proprivignum, abprivignum, atprivignum, & sic consequenter, cum in ceteris eadem ratio. Vbi autem eadem ratio, ibi & idem jus.

124. Canonico.

per rationem *textus in c. 1. X. de consang. & affin. can. de propinquis 3. & can. & hoc 12. can. æqualiter. 13. can. quædam lex. 20. causæ 35. q. 2. & 3.* Quod ita a consanguineis uxoris, ut a propriis, abstinere debeamus. Bech. *d. tr. p. 2. c. 6. n. 4.*

125. Civili.

l. nemini. 17. in fin. C. de nupt. l. adoptivus. 14. §. 4. ff. d. R. N. §. affinitatis 6. §. socrum. 7. Inst. de nupt. l. non facile 4. §. 6. & seq. ff. de grad. & affin.

126. Saxonico.

Const. prov. Elect. Sax. sub rubr. Die Ehe wird verbothen. *tit.* Von wegen der Schwägerschafft, §. Personen, so von wegen der Schwägerschafft, in der rechten Linien hinaufwarts gerechnet, zu ehelichen verbothen. *fol. 188. col. 2. & fol. 189. col. 1.*

127. Et

127. Et Marchico.

Quod hac in parte ſequitur diſpoſitionem juris communis.

128. In linea obliqua.

1. In gradu primo.

129. Inter fratrem & fratriam, id eſt, fratris defuncti uxorem, inter ſororem & ſororium, id eſt, ſororis defunctæ maritum, matrimonium eſt prohibitum.

Ratio eſt, quia uxor unius fratris, alterius fratris, quaſi ſoror eſt, & maritus unius ſororis, alterius ſororis quaſi frater eſt: Idque ideo, quod mas & fœmina in unum corpus coaleant. Ut igitur ſororem in uxorem ducere nequeo ratione cognationis; ita etiam ratione affinitatis fratriam, id eſt, fratris viduam in uxorem ducere non poſſum.

130. De jure Divino.

Levit. 18. v. 16. **Du ſolt deines Bruders Weibes Scham nicht blöſſen, denn ſie iſt deines Bruders Scham.** *Et Levit. 20. v. 21.* **Wenn jemand ſeines Bruders Weib nimmt, das iſt eine ſchändliche That, ſie ſollen ohne Kinder ſeyn, darumb daß er hat ſeines Bruders Scham geblöſſet.** Quæ præcepta univerſalia olim quoad populum Iſraëliticum limitabantur per illud *Deut. 25. v. 5.* **Wenn Brüder bey einander wohnen, und einer ſtirbt ohn Kinder, ſo ſoll des Verſtorbenen Weib nicht einen frembden Mann drauſſen nehmen, ſondern ihr Schwager ſoll ſie beſchlaffen, und zum Weibe nehmen und ſie ehelichen.** Varii varie hunc locum explicant, imo torquent. Calvinus *in Comment. ad ſext. præcept. in d. text. Levit. p. 406.* putat per fratres non hic fratres tres germanos, ſed cæteros cognatos remotiores, qui non ſunt in gradu prohibito, intelligi. Verum hæc interpretatio, ne quidem ſuis aſſeclis, teſte Val. Guil. Forſtero *de nupt. cap. 7. p 99.* arridet, cum ſit violenta. Textus enim loquitur de Leviro & Glore, quod expreſſe ex Hebræa lingua demonſtrari poſſe dicit Beza *de divort. p. 55.* Hinc quidam illum proprie de germanis fratribus, non vero de cognatis remotioribus accipiendum eſſe perhibent, extendi autem poſſe etiam ad cæteros propinquos, non negant; in quorum ſententiam & ego eo, motus collatione textuum biblicorum, & quidem

dem ſequentium: *Gen. 38. a verſ. 6. usq. 10. Ruth. c. 1. usque ad v. 22. & c. ult. usque ad v. 12. Matth. 22. v. 24. 25. 26. Marc. 12 v. 19. 20. 21. & 22. Luc. 20. v. 28. 29. 30. & 31.* Statuoque fratrem germanum fratris ſui germani ſine liberis præmortui, viduam in uxorem ducere potuiſſe, imo debuiſſe. Ratio autem hujus mandati ac promiſſionis hæc fuit, ne deleretur nomen fratris ex Iſraël. *Deut. 25. v. 6. & 7.* idque ideo ſecundum Theologorum opinionem, quia Chriſtus e tribu Juda naſci debuit. Hinc noluit Deus inter Iſraëlitas commixtionem de tribu in tribum fieri. *Num. ult.* Cum autem jam dudum Chriſtus natus ſit, dubium nullum eſt, quin dictum præceptum, quod mere erat forenſe atque particulare, vel ſingulare prorſus, ſublatum ſit, & commixtio hæc graviſſime hodie punienda.

131. Canonico.

Can. de inceſtis. 8. cauſa 35. q. 2. & 3. can. ſi quis viduam. 20. cauſa 32. q. 7. c. non debet 8. X. de conſang. & affin. Prohibito enim gradu remotiori, ſimul prohibentur omnes propinquiores.

132. Civili.

l. 5. C. de inceſt. & inut. nupt. Fratris uxorem ducendi, vel duabus ſororibus conjungendi penitus licentiam ſubmovemus, nec diſſoluto quocunque modo conjugio. *Et. l. pen. & ult. C. eod.* ſceleſtum contubernium vocatur, quando quis eam, quæ cum fratre nuptiali jure quondam cohabitaverat, turpiſſimo conſortio velit amplecti.

133. Saxonico.

Conſt. provinc. Elect. Sax. ſub rubr. Die Ehe wird verboten. *tit.* Von der Schwägerſchafft *fol. 60. col. 2.* ibi: Der Bruder ſoll nicht hinunterwarts nehmen ſeines Bruders Weib, noch ſeines Weibes Schweſter. *Et fol. 191. col. 1.* Die Schweſter ſoll nicht hinabwarts nehmen ihrer verſtorbenen Schweſter Mann, noch ihres verſtorbenen Mannes Bruder. *Ord. matrim. Elector. Joh. Georg. Saxon. de anno 1624. rubr.* Der ander Punct §. Zum andern *pag. 10 in fin.* ibi: Als da ſich eine Perſon mit zweyen Schweſtern, oder zweyen Brüdern wiſſentlich fleiſchlich eingelaſſen hätte, die ſollen zugleich neben der Verweiſung zur Staupen geſchlagen werden.

134. Et

134. Et Marchico.

d. Consuet. March. Distelm. p. 1. tit. 2. Von etlichen Ehefällen in Ehesachen. *§. 1.* Die Ehe in der Seitslinien in der Blutfreundschafft oder Schwägerschafft, im dritten oder wenigern Grad, gleicher oder ungleicher Linien, ist verbothen.

135. 2. In gradu secundo.

136. Primo, inter fratris viduam, & fratris vel sororis filium,



inter sororis viduum, & fratris vel sororis filiam, inter fratrem & fratris vel sororis filii viduam, inter sororem & fratris vel sororis filiæ viduum matrimonium est prohibitum.

Ratio est, quia sibi invicem parentum liberorumve loco sunt. Ut enim patruus tibi ratione cognationis parentis loco: ita etiam patrui vidua ratione affinitatis parentis loco, cum vir & uxor sit una caro. *Gen. 2. v. ult.*

137. De Jure Divino.

Levit. 18. v. 14. Du solt deines Vaters Brudern Scham nicht blössen, daß du sein Weib nehmest, denn sie ist deine Base. *Et cap. 20. v. 20.* Wenn jemand bey seines Vatern Bruders Weib schläfft, der hat seines Vettern Scham geblöst, sie sollen ihre Sünde tragen, ohne Kinder sollen sie sterben. Quod de patrui vidua dicitur, id etiam de cæteris personis in hoc gradu & in hac linea primi generis affinitatis intelligendum, juxta regulam: ***Gradu aliquo probibito, non tantum illæ Personæ, quarum in lege & dispositione expressa fit mentio, nuptias contrahere probibentur, sed etiam omnes congruentes et in isto gradu existentes.***

138. Canonico.

arg. c. quod dilectio 3. c. non debet. 8. X. de consang. & affin.

139. Civili.

Quod licet expresse nihil dispositum reperiatur, tamen, cum satis superque constet, Imperatorem nostrum nullas nuptias adeo graviter, quam parentum & liberorum prohibuisse, & in iis honestam maxime aspexisse, nullus dubito, quin generalem illam prohibitionem, ne personæ parentum liberorumve loco existentes conjungantur. *§. ergo non 1. Instit. d. nupt. l. non facile 4. §. bos itaque, 7. ff. de grad. & affin.* etiam ad affi-

nes in linea obliqua parentum liberorumve loco exiſtentes, extendi voluerit.

140. Saxonico.

Conſt. provinc. Elect. Saxon. ſub rubr. tit. Die Ehe wird verbothen. Von wegen der Schwägerſchafft. *fol. 109. col. 2.* ibi: der Bruder ſoll nicht hinaufwarts nehmen ſeiner Schwieger Schweſter, das iſt, ſeines Weibes Mutter Schweſter, noch ſeines Schwähers Schweſter, das iſt, ſeines Weibes Vaters Schweſter, noch ſeines Sohns Weib, das iſt, ſeiner Mutter Bruders Weib, noch ſeines Vettern Weib, das iſt, ſeines Vaters Bruders Weib. Item: Der Bruder ſoll nicht hinunterwarts nehmen ſeines Bruders Sohns Weib, noch ſeiner Schweſter Sohns Weib, noch ſeines Weibes Bruders Tochter, noch ſeines Weibes Schweſter Tochter. *Et f. 191. col. 1.* Die Schweſter ſoll nicht hinaufwarts nehmen ihres Mannes Mutter Bruder, noch ihres Mannes Vaters Bruder, noch ihrer Muhmen Mann, das iſt, ihrer Mutter Schweſter Mann, noch ihrer Baaſen Mann, das iſt, ihres Vaters Schweſter Mann. Item: Die Schweſter ſoll nicht hinabwarts nehmen ihrer Schweſter Tochter Mann, noch ihres Bruders Tochter Mann, noch ihres Mannes Bruders Sohn, noch ihres Mannes Schweſter Sohn.

141. Et Marchico.

Per ſupra poſita *ſub num. 134.*

142. Secundo inter conſobrinam & conſobrinæ viduum, inter conſobrinum & conſobrini viduam, matrimonium eſt prohibitum.

Ratio eſt; quia tui conſobrini vidua, tibi conſobrina eſt, per illud, quod mas & fœmina una ſint caro. Uti igitur conſobrinam tuam, ratione cognationis, in uxorem ducere nequis; ita etiam ratione affinitatis conſobrini viduam.

143. De jure Divino.

Non quidem expreſſe; cum nihil de hoc gradu affinitatis in ſacris inveniatur, attamen implicite, ſi modo illa regula generalis, nempe: *In quibus gradibus nuptiæ prohibitæ ſunt, ratione conſanguinitatis, in iisdem quoque prohibitæ, ratione affinitatis*; etiam in

in jure Divino locum habere debet, de quo vix ac ne vix quidem dubito.

144. Canonico.

Part. c. non debet. 8. X. de conſang. & affin. vide poſita *ſub num. 61.*

145. Saxonico.

Ord. matrim. Elect. Joh. Georg. Sax. de anno 1624. rubr. Der ander Punct. §. Zum dritten: Wie nun den Perſonen wegen der Blutfreundſchafft ſich in Ehegelübde einzulaſſen verbothen, alſo ſollen auch die, welche Schwägerſchafft halben einander ebenmäßig verwand, ſich in Ehegelöbniß nicht einlaſſen, (rationem addit) dann ſo nahe der verſtorbene Ehegatte ſeinen eigenen Blutsfreunden zugethan, ſo nahe iſt auch demſelben ſein hinterlaſſener Ehegatte Schwägerſchafft halben verwand. At ratione cognationis hic gradus prohibitus, ergo etiam ratione affinitatis.

146. Et Marchico.

Vide ſupra *num 143.*

147. Conceſſum autem tantum de jure Civili.

Qui enim concedit, quod majus eſt, concedit etiam, quod minus. Si igitur perſonæ cognatæ, in hoc gradu exiſtentes, conjungi poſſunt, quidni etiam affines in hoc gradu exiſtentes, in quibus minor prohibitionis ratio deprehenditur?

148. 3. In gradu tertio.

149. Primo, inter fratris viduam, & fratris vel ſororis nepotem,



inter ſororis viduum, & fratris vel ſororis neptem, inter fratrem, & fratris vel ſororis nepotis viduam, inter ſororem, & fratris vel ſororis neptis viduum, matrimonium eſt prohibitum.

Ratio eſt, quia ſibi invicem parentum liberorumve loco ſunt, ut ſupra demonſtratum.

150. De jure Divino.

Non quidem explicite, attamen implicite per textum *Levit. 18. verſ. 14.* Nam remotioribus parentibus natura major reverentia debetur, quam propinquis. Licet igitur propatrui vidua mihi uno gradu remotior ſit putrui vidua, tamen loco & dignitate eſt ſuperior.

151. Canonico,

per d. c. non debet. 8. X. de conſang. & affin.

152. Ci-

152. Civili.
vide *num. 139.*

153. Saxonico.
Conſt. provinc. Elect. Saxon. ſub rubr. Die Ehe wird verbothen. *tit.* Von wegen der Schwägerſchafft. *fol. 190. col. 2.* ibi: Der Bruder ſoll nicht hinaufwarts nehmen des Großvaters Bruders Weib. Item: Der Bruder ſoll nicht hinunterwarts nehmen ſeines Bruders Sohns Sohns Weib, noch ſeines Bruders Tochter Sohns Weib, noch ſeiner Schweſter Sohns Sohns Weib, noch ſeines Weibes Bruders Tochter Tochter, noch ſeines Weibes Schweſter Tochter Tochter. *fol. 191. col. 1.* ibi: Der Bruder ſoll nicht hinaufwarts nehmen des Großvaters Schweſter Mann. Item: Die Schweſter ſoll nicht hinaufwarts nehmen ihres Bruders Sohns Tochter Mann, noch ihres Bruders Tochter Tochter Mann, noch ihrer Schweſter Tochter Tochter Mann, noch ihres Mannes Bruders Sohns Sohn, noch ihres Mannes Schweſter Sohns Sohn.

154. Et Marchico.
vide *num. 134*

155. Secundo, inter fratris vel ſororis filii viduam, & fratris



vel ſororis nepotem, inter fratris vel ſororis filiæ viduum, & fratris vel ſororis neptem, inter fratris vel ſororis filium, & fratris vel ſororis nepotis viduam, inter fratris vel ſororis filiam, & fratris vel ſororis neptis viduum, matrimonium eſt prohibitum.

Quo ſcil. divinæ prohibitiones majori cura & reverentia ſerventur. Factum ſane licitum fugiendum ob vicinitatem illiciti.

156. De jure Canonico, Saxonico & Marchico.

157. Conceſſum autem de jure Divino & Civili.
per dicta *ſub num. 94. & 95.* quæ hic applica.

158. 

Tertio, inter conſobrini vel conſobrinæ filium, & conſobrini vel conſobrinæ filii viduam, inter conſobrini vel conſobrinæ filiam, & conſobrini vel conſobrinæ filiæ viduum, matrimonium eſt prohibitum.

Rationis loco mutandis mutatis huc refert, quod dictum *ſub num. 96.*

159. De

159. De Jure Canonico, & Marchico,

160. Conceſſum autem de jure Divino, Civili & Saxonico. Quia hiſce juribus in hoc gradu nec ratione cognationis matrimonium prohibitum. Multo igitur minus ratione affinitatis erit interdictum, ducto argumento a majori ad minus.

161. 4. In gradu quarto.

162. Primo, inter fratris viduam, & fratris vel ſororis pronepotem, inter ſororis viduum, & fratris vel ſororis proneptem, matrimonium eſt prohibitum, de Jure Divino, Canonico, Civili, Saxonico & Marchico.



Vide, quæ ſupra dicta ſunt de hoc gradu cognationis, & ea hîc applica.

163. Secundo, inter conſobrini viduam, & conſobrini vel conſobrinæ nepotem, inter conſobrinæ viduum, & conſobrini vel conſobrinæ neptem, inter conſobrinam, & conſobrini vel conſobrinæ neptis viduum, inter conſobrinum, & conſobrini vel conſobrinæ nepotis viduam.

164. Tertio, inter conſobrini vel conſobrinæ filii viduam, & conſobrini vel conſobrinæ nepotem, inter conſobrini vel conſobrinæ filiæ viduum & conſobrini vel conſobrinæ neptem, inter conſobrini vel conſobrinæ filium & conſobrini vel conſobrinæ nepotis viduam, inter conſobrini vel conſobrinæ filiam, & conſobrini vel conſobrinæ neptis viduum.

165. Quarto, inter conſobrinorum nepotem & neptem matrimonium eſt prohibitum, tantum de jure Canonico.

166. *per d. c. non debet. 8. X. de conſang. & affin.*

167. Conceſſum autem de jure Divino, Civili, Saxonico & Marchico.

168. De quinto gradu lineæ obliquæ vide poſita *ſub num. 115. 116. 117. & 118.* quæ mutandis mutatis huc quadrant.

169. Nunc etiam de uſu computationis Juris Civilis agendum eſſet, verum cum videam, ſatis materiam ad ventilandum adeſſe,

esse, hic cum bono DEO subsistam, quod reliquum adhuc, in aliud usque tempus reservando.

COROLLARIA.

I. Nescio, an æque satis de jure Saxonico, in gradu secundo lineæ obliquæ æqualis, fiat dispensatio.

II. An nuptiæ citra parentum consensum initæ, rescindi debeant, quando res non amplius est integra, puta, si copula carnalis fuerit insecuta. Neg.

III. An illud matrimonium, si quis ab alio vitiatam duxerit, rescindi possit? Distinguo.

Maritus, cum duceret, vel scivit, eam esse ab alio vitiatam; aut postquam compertus est, nihilominus cum illa rem habuit.

Vel non scivit, & postquam compertus est, protinus ab ea abstinuit & dissolutionem matrimonii, manifestis & evidentibus testimoniis instructus, petiit.

Priori casu dissolvi non potest, posteriori autem potest quoad mensam & torum: Quin etiam parti innocenti, facultas ad secunda transeundi vota recte conceditur.

Præjudicium in hanc rem tale refert Valentin. Guilielmus Forsterus *in fine sui tr. d. Nupt.* Præmiss. præmitt. So werdet ihr, als der von solcher Unzucht nicht gewust, auch dergestallt sie zu ehelichen nicht gewilliget, sondern betrogen worden, von ihr billich entbunden und loßgezehlet, und euch, als den unschuldigen und betrogenen Theil, euerer Gelegenheit nach, anderweit zu verehlichen billig verstattet und nachgelassen

V. R. W.

Cum Jure principium feci, Jove finio tandem.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Müller, Peter,

Hypomnema de annulo pronubo

Vitemberga 1735

4 Diss. 1950#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10824832-5
VD18 15088022-001